

ce rescrit soit fait par des magistrats municipaux, il doit être étendu à toute autre personne. Et parce que dans l'espèce proposée il s'agit d'une somme laissée pour la construction d'un aqueduc, il ne faut pas croire qu'il n'y ait que ce cas où ce qui a été payé ne puisse pas être redemandé ; car le commencement de ce rescrit est conçu en termes généraux, et fait voir que si le fidéicommiss qui n'étoit pas dû a été payé sans erreur, il ne peut pas être redemandé. La partie du rescrit où il est dit que ceux qui ne se sont pas servi du bénéfice de la loi Falcidia par ignorance de leurs droits, ne peuvent pas redemander ce qu'ils ont payé, est aussi conçue en termes généraux ; en sorte qu'on peut dire que, quand même l'argent qui a été laissé par fidéicommiss, et qui a été payé, n'auroit pas été laissé pour la construction d'un ouvrage, quand même il n'auroit pas été employé, mais seroit encore entre les mains de celui qui l'a reçu, on ne seroit point admis à le redemander comme indûment payé.

10. *Papinien au liv. 6 des Réponses.*

Les impubères sont censés tout ignorer, quand ils ne sont point autorisés de leurs tuteurs.

qui juris ignorantia legis Falcidiæ beneficio usi non sunt, nec possint repetere : ut secundum hoc possit dici, etiam si pecunia, quæ per fideicommissum relicta est, quæque soluta est, non ad aliquid faciendum relicta sit, et licet consumpta non sit, sed exstet apud eum cui soluta est, cessare repetitionem.

10. *Papinianus lib. 6 Responsorum.*

Impuberes sine tutore agentes, nihil posse scire intelliguntur.

De pupillis.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER VICESIMUSTERTIUS.

DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE VINGT-TROISIÈME.

TITRE PREMIER. DES FIANÇAILLES.

1. *Florentin au liv. 3 des Institutes.*

LES fiançailles sont la mention et la promesse d'un mariage qu'on doit contracter.

2. *Ulpian au liv. unique des Fiançailles.*

Le terme de fiançailles (*sponsalia*) vient

TITULUS PRIMUS. DE SPONSALIBUS.

1. *Florentinus lib. 3 Institutionum.*

SPONSALIA sunt mentio, et repromissio nuptiarum futurarum.

Definitio.

2. *Ulpianus lib. singulari de Sponsalibus.*
Sponsalia autem dicta sunt à sponden-

Etymologia.

do : nam moris fuit veteribus stipulari, et spondere sibi uxores futuras.

3. *Florentinus lib. 3 Institutionum.*

Undè et sponsi, sponsæque appellatio nata est.

4. *Ulpianus lib. 35 ad Sabinum.*

Sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia.

De nudo consensu.

De absentibus.

§. 1. Deniquè constat et absentem desponderi posse: et hoc quotidie fieri.

5. *Pomponius lib. 16 ad Sabinum.*

Hæc ita, si scientibus his qui absint, sponsalia fiant, aut si postea ratum habuerint.

6. *Ulpianus lib. 36 ad Sabinum.*

Si puellæ tutores ad finienda sponsalia nuntium miserunt, non putarem suffecturum ad dissolvendam nuptiarum spem, hunc nuntium : non magis quàm sponsalia posse eos solos constituere: nisi fortè omnia ista ex voluntate puellæ facta sint.

De autoritate tutoris.

7. *Paulus lib. 35 ad Edictum.*

De scriptura.

In sponsalibus nihil interest, utrùm testatio interponatur, an aliquis sine scriptura spondeat.

Quorum consensus requiritur

§. 1. In sponsalibus etiam consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Intelligi tamen semper filiæ patrem consentire, nisi evidenter dissentiat, Julianus scribit.

8. *Gaius lib. 11 ad Edictum provinciale.*

De furore.

Furor quin sponsalibus impedimento sit, plus quàm manifestum est: sed postea interveniens, sponsalia non infirmat.

9. *Ulpianus lib. 35 ad Edictum.*

De sponsalibus in tempus præmaturum collatis.

Quæsitum est apud Julianum, an sponsalia sint antè duodecimum annum, si fuerint nuptiæ collatæ? Et semper Labeonis sententiam probavi, existimantis, si quidem præcesserint sponsalia, durare ea, quamvis in domo loco nuptæ esse ceperit: si verò non præcesserint, hoc ipso quod in domum deducta est, non videri sponsalia facta. Quam sententiam Papinianus quoque probat.

du terme promettre à *spondendo*: car l'usage des anciens étoit de stipuler et de se faire promettre une épouse.

3. *Florentin au liv. 3 des Institutes.*

De là est venu le terme de fiancé.

4. *Ulpien au liv. 35 sur Sabin.*

Il suffit pour les fiançailles d'un simple consentement.

1. Il est certain qu'on peut fiancer deux absens, et cela se fait tous les jours.

5. *Pomponius au liv. 16 sur Sabin.*

De manière cependant que ceux qu'on fiance ainsi pendant leur absence en aient connoissance, ou qu'ils ratifient par la suite ce qui a été fait.

6. *Ulpien au liv. 36 sur Sabin.*

Si les tuteurs d'une fille envoient à son fiancé un acte de répudiation pour dissoudre les fiançailles, je ne pense pas que cet acte soit suffisant pour détruire l'espérance d'un mariage: de même qu'il ne suffiroit pas pour l'établir; à moins que tout cela ne se fit du consentement de la fille.

7. *Paul au liv. 35 sur l'Edit.*

En matière de fiançailles, peu importe que la promesse soit faite par un écrit signé de témoins, ou autrement.

1. On exige aussi pour les fiançailles le consentement de ceux dont il est requis pour le mariage. Cependant Julien pense qu'un père est toujours censé consentir pour sa fille, lorsqu'il ne s'oppose pas expressément.

8. *Gaius au liv. 11 sur l'Edit provincial.*

Il est plus qu'évident que la fureur est un obstacle aux fiançailles; mais si elle ne survient qu'après, elle ne les dissout pas.

9. *Ulpien au liv. 35 sur l'Edit.*

Julien élève la question de savoir si le mariage contracté avant l'âge de douze ans tient au moins lieu de fiançailles. J'ai toujours été de l'avis de Labéon, qui pensoit que si les fiançailles avoient été contractées d'abord, elles subsistoient même après que la fiancée avoit commencé à demeurer chez son mari comme son épouse, et que si les fiançailles n'avoient point été contractées d'abord, la demeure que la fille auroit eue

dans la maison de son mari ne suppléeroit pas à leur défaut. Ce sentiment est aussi approuvé par Papinien.

10. *Le même au liv. 3 des Disputes.*

Si la fille fiancée est sous la puissance de son père, celui-ci peut dissoudre ces fiançailles, en envoyant au fiancé un acte de répudiation; mais, s'il s'agit d'une fille émancipée, il ne pourra pas les dissoudre: de même qu'en cas de mariage, il ne pourroit pas se faire restituer ce qui auroit été donné en dot, parce qu'une fille émancipée, en se mariant, fixe l'établissement de la dot; au moyen de quoi l'action que le père auroit pour redemander la dot, et qui viendroît de ce que le mariage proposé n'auroit pas lieu, seroit éteinte; à moins qu'on ne prouvât que le père n'avoit donné une dot à sa fille émancipée, qu'au cas que le mariage se feroit de son consentement, et qu'autrement, soit que le mariage se fît ou non, il pourroit reprendre ce qu'il auroit donné: car alors la répétition auroit lieu.

11. *Julien au liv. 16 du Digeste.*

Les fiançailles, comme le mariage, ne se contractent que par le consentement des parties; par conséquent, dans l'un et l'autre cas, le consentement du fils de famille est nécessaire.

12. *Ulpien au liv. unique des Fiançailles.*

Mais la fille qui ne résiste pas ouvertement à la volonté de son père, est censée consentir.

1. La résistance n'est permise à la fille que dans le cas où le fiancé que son père lui destine est d'une conduite déréglée, ou noté d'infamie.

13. *Paul au liv. 5 sur l'Edit.*

On ne peut point célébrer de fiançailles au nom d'un fils de famille qui n'y donne pas son consentement.

14. *Modestin au liv. 4 des Différences.*

Il n'y a pas d'âge marqué pour les fiançailles, comme pour les mariages. C'est ce qui fait que les fiançailles peuvent être contractées même dans le bas-âge, pourvu que les parties entendent ce qu'elles font, c'est-à-dire, qu'elles aient au moins sept ans.

10. *Idem lib. 3 Disputationum.*

In potestate manente filia, pater sponso nuntium remittere potest, et sponsalia dissolvere: enimverò si emancipata est, non potest neque nuntium remittere, neque quæ dotis causa data sunt condicere: ipsa enim filia nubendo efficiet dotem esse, conditionemque extinguet, quæ causa non secuta, nasci poterit: nisi fortè quis proponat, ita dotem patrem pro emancipata filia dedisse, ut si nuptiis non consentiret, vel contractis, vel non contractis, repeteret quæ dederat: tunc enim habebit repetitionem.

De filia in potestate, vel emancipata.

11. *Julianus lib. 16 Digestorum.*

Sponsalia, sicut nuptiæ, consensu contrahentium fiunt: et ideò, sicut nuptiis, ita sponsalibus filiamfamilias consentire oportet.

De consensu contrahentium.

12. *Ulpianus lib. singulari de Sponsalibus.*

Sed quæ patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur.

§. 1. Tunc autem solùm dissentiendi à patre, licentia filiæ conceditur, si indignum moribus, vel turpem sponsum ei pater eligat.

13. *Paulus lib. 5 ad Edictum.*

Filiofamilias dissentiente, sponsalia nomine ejus fieri non possunt.

14. *Modestinus lib. 4 Differentiarum.*

In sponsalibus contrahendis ætas contrahentium definita non est, ut in matrimoniis. Quapropter et à primordio ætatis sponsalia effici possunt, si modò id fieri ab utraque persona intelligatur, id est, si non sint minores quàm septem annis.

De ætate.

15. *Idem lib. singulari de enucleatis Casibus.*

15. *Le même au liv. unique des Décisions réfléchies.*

De pupilla tutoris, et filio tutoris.

Tutor factam pupillam suam nec ipse uxorem ducere, nec filio suo in matrimonio adjungere potest. Scias tamen, quod de nuptiis tractamus, et ad sponsalia pertinere.

Le tuteur ne peut ni épouser lui-même, ni donner en mariage à son fils une fille qui est devenue sa pupille. Il faut cependant observer que cette règle, qui concerne les mariages, n'a pas lieu pour les fiançailles.

16. *Ulpianus lib. 3 ad Legem Juliam et Papiam.*

16. *Ulpien au liv. 3 sur la Loi Julia et Papia.*

De prohibitione nuptiarum extendenda ad sponsalia.

Oratio imperatorum Antonini et Commodi, quæ quasdam nuptias in personam senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil locuta est: rectè tamen dicitur, etiam sponsalia in his casibus ipso jure nullius esse momenti: ut suppleatur, quod orationi deest.

L'ordonnance des empereurs Antonin et Commode, qui a défendu le mariage des sénateurs avec de certaines personnes, n'a rien dit des fiançailles. Néanmoins on peut suppléer à cette omission, en disant qu'en ce cas les fiançailles sont aussi nulles.

17. *Gaius lib. 1 ad Legem Juliam et Papiam.*

17. *Gaius au liv. 1 sur la Loi Julia et Papia.*

De dilatione sponsaliorum.

Sæpè justæ, ac necessariæ causæ non solum annum, vel biennium, sed etiam triennium, et quadriennium, et ulterius trahunt sponsalia: veluti valetudo sponsi, sponsæve, vel mortes parentum, aut capitalia crimina, aut longiores peregrinationes quæ ex necessitate fiunt.

Il y a souvent des raisons justes et légitimes qui font durer les fiançailles non-seulement pendant un an ou deux, mais même pendant trois et quatre; comme la maladie de l'un des fiancés, la mort des pères et mères, les accusations capitales, les longs voyages entrepris par nécessité.

18. *Ulpianus lib. 6 ad Edictum.*

18. *Ulpien au liv. 6 sur l'Edit.*

Quibus modis fiunt sponsalia.

In sponsalibus constituendis parvi refert, per se et coram, an per internuntium, vel per epistolam, an per alium hoc factum est: et ferè plerumque conditiones personis interpositis expediuntur.

Il importe peu que les fiançailles soient contractées par les parties présentes, ou par le ministère d'un député, ou par lettre, ou autrement; et très-souvent les conditions des mariages se traitent par des personnes interposées.

TITULUS II.

DE RITU NUPTIARUM.

1. *Modestinus lib. 1 Regularum.*

Definitio nuptiarum.

NUPTIÆ sunt conjunctio maris et fœminæ, et consortium omnis vitæ: divini, et humani juris communicatio.

2. *Paulus lib. 35 ad Edictum.*

De consensu coeuntium et parentum.

Nuptiæ consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est, qui coeunt, quorumque in potestate sunt.

3. *Idem lib. 1 ad Sabinum.*

De patruelibus,

Si nepotem ex filio, et neptem ex altero filio

TITRE II.

DES SOLENNITÉS DU MARIAGE.

1. *Modestin au liv. 1 des Règles.*

LE mariage est l'union d'un homme et d'une femme établissant entre eux une société de tous les actes de leur vie, et une communauté dans les droits divins et humains qui leur appartiennent.

2. *Paul au liv. 35 sur l'Edit.*

Il n'y a point de mariage sans le consentement de toutes les parties intéressées, c'est-à-dire des contractans et de ceux sous la puissance de qui ils sont.

3. *Le même au liv. 1 sur Sabin.*

Si j'ai un petit-fils d'un de mes fils, et une

une petite-fille d'un autre de mes fils, Pomponius décide avec raison qu'il suffit de mon consentement pour que le mariage contracté entre eux soit valable.

4. *Pomponius au liv. 3 sur Sabin.*

Si on marie une fille mineure de douze ans, elle ne sera censée mariée qu'autant qu'elle aura atteint l'âge de douze ans accomplis dans la maison du mari.

5. *Le même au liv. 4 sur Sabin.*

Il est décidé qu'une femme peut se marier à un absent en recevant de lui une lettre ou un envoyé, si elle fait ensuite son entrée solennelle dans la maison de son mari. Mais si la femme étoit absente du lieu du domicile du futur époux, il ne pourroit pas l'épouser; car on exige l'entrée solennelle dans la maison non de la femme, mais du mari; parce que cette maison est le domicile du mariage.

6. *Ulpien au liv. 35 sur Sabin.*

Cinna écrit que si un homme épouse une femme absente, et que revenant d'un festin au delà du Tibre, il soit péri en le traversant, sa femme doit en porter le deuil.

7. *Paul au liv. unique sur la Loi Falcidia.*

Ainsi, il peut arriver dans ce cas qu'une fille, même avant d'être entrée chez son mari, ait en même temps sa dot, et l'action pour en demander la restitution.

8. *Pomponius au liv. 5 sur Sabin.*

Un homme de la condition des affranchis ne peut épouser ni sa mère ni sa sœur qui sont de la même condition que lui, parce que ces mariages sont défendus par le consentement unanime des nations, et non pas par une loi purement civile.

9. *Ulpien au liv. 26 sur Sabin.*

Si l'aïeul étant en fureur, son petit-fils veut se marier, il doit prendre nécessairement le consentement de son père; il prendra celui de son aïeul, si c'est son père qui est furieux.

1. Le fils d'un prisonnier de guerre peut se marier sans son consentement, s'il n'est pas de retour après l'espace de trois ans.

10. *Paul au liv. 35 sur l'Edit.*

On peut douter de la conduite qu'on doit tenir lorsque le père est absent, sans qu'on

Tome III.

filio in potestate habeam, nuptias inter eos me solo auctore contrahi posse Pomponius scribit, et verum est.

4. *Pomponius lib. 3 ad Sabinum.*

Minorem annis duodecim nuptam tunc legitimam uxorem fore, cum apud virum explesset duodecim annos.

De aetate.

5. *Idem lib. 4 ad Sabinum.*

Mulierem absenti per litteras ejus, vel per nuntium posse nubere placet, si in domum ejus deduceretur. Eam verò quæ abesset, ex litteris vel nuntio suo duci à marito non posse: deductione enim opus esse in marito non in uxoris domum, quasi in domicilium matrimonii.

De absentia.

6. *Ulpianus lib. 35 ad Sabinum.*

Deniquè Cinna scribit: Eum qui absentem accepit uxorem, deindè rediens à cœna juxta Tiberim perisset, ab uxore lugendum responsum est.

7. *Paulus lib. singulari ad Legem Falcidiam.*

Idèdque potest fieri, ut in hoc casu aliqua virgo et dotem, et de dote habeat actionem.

8. *Pomponius lib. 5 ad Sabinum.*

Libertinus libertinam matrem, aut sororem, uxorem ducere non potest: quia hoc jus moribus, non legibus, introductum est.

De servili cœnatione.

9. *Ulpianus lib. 26 ad Sabinum.*

Si nepos uxorem velit ducere avo furente, omnimodò patris auctoritas erit necessaria: sed si pater furit, avus sapiat, sufficit avi voluntas.

De furore avi vel patris.

§. 1. Is cujus pater ab hostibus captus est, si non intra triennium revertatur, uxorem ducere potest.

De patre captivo vel absente.

10. *Paulus lib. 35 ad Edictum.*

Si ita pater absit, ut ignoretur ubi sit, et an sit: quid faciendum est, meritò du-

bitatur Et si triennium effluxerit, postquam apertissimè fuerit pater ignotus ubi degit, et an superstes sit, non prohibentur liberi ejus utriusque sexus matrimonium vel nuptias legitimas contrahere.

11. *Julianus lib. 62 Digestorum.*

Si filius ejus qui apud hostes est, vel absit, antè triennium captivitatis, vel absentiae patris uxorem duxit, vel si filia nupserit, puto rectè matrimonium vel nuptias contrahi : dummodò eam filius ducat uxorem, vel filia tali nubat, cujus conditionem certum sit patrem non repudiaturum.

12. *Ulpianus lib. 26 ad Sabinum.*

Si quis arroget
maritum ejus
quam repudiave-
rat.

Si qua mihi uxor fuit, deindè à me repudiata nupsit Seio, quem ego postea adrogavi, non sunt nuptiæ incestæ.

De sponsa pa-
tris,

§. 1. Inter me et sponsam patris mei nuptiæ contrahi non possunt, quamquam noverca mea non propriè dicatur.

Vel filii.

§. 2. Sed et per contrarium sponsa mea patri meo nubere non poterit, quamvis nurus non propriè dicatur.

De filia uxoris
post divortium
suscepta.

§. 3. Si uxor mea post divortium alii nupserit et filiam susceperit, putat Julianus hanc quidem privignam non esse, verùm nuptiis ejus abstinendum.

De cognatione
per adoptionem.

§. 4. Adoptivæ sororis filiam possum uxorem ducere. Cognata enim mea non est filia ejus, quia avunculus nemo fit per adoptionem. Et eæ demum cognationes contrahuntur in adoptionibus, quæ legitimæ essent, id est, quæ adgnatorum jus haberent. Pari ratione et sororem patris mei adoptivi possum ducere, si non fuit eodem patre nata.

13. *Idem lib. 35 ad Sabinum.*

De patrona
ignobili.

Si patrona tam ignobilis sit, ut ei honestæ sint vel saltem liberti sui nuptiæ, officio judicis super hoc cognoscentis hæc prohiberi non debent.

14. *Paulus lib. 35 ad Edictum.*

De uxore quan-
dam patris,

Adoptivus filius si emancipetur, eam

sache ni où il est, ni même s'il existe. S'il se passe trois ans, à compter du temps où on n'a aucune nouvelle du père, ses enfans de l'un et l'autre sexe peuvent se marier légitimement.

11. *Julien au liv. 62 du Digeste.*

Si le fils ou la fille d'un prisonnier de guerre ou d'un absent, se marie avant d'avoir laissé écouler les trois années, à compter du jour de la captivité ou de l'absence de son père, je pense que le mariage est valable ; pourvu qu'il épouse une personne dont il est sûr que la condition ne déplairoit pas à son père.

12. *Ulpien au liv. 26 sur Sabin.*

J'ai eu une femme. Je l'ai répudiée. Elle s'est depuis mariée à Séius, qui est devenu mon fils adoptif par l'adrogation. On ne peut pas dire que ce mariage soit incestueux.

1. Le mariage n'est point valablement contracté entre un homme et une femme déjà fiancée à son père, quoiqu'on ne puisse pas encore dire qu'elle soit sa belle-mère.

2. Réciproquement, celle qui est fiancée au fils ne pourra point épouser le père, quoiqu'on ne puisse pas dire encore qu'elle soit véritablement sa bru.

3. Si ma femme, après le divorce, a contracté un second mariage dont elle a eu une fille, cette fille, suivant Julien, n'est point ma belle-fille ; néanmoins je dois m'abstenir d'un pareil mariage.

4. Je puis épouser la fille de ma sœur adoptive. En effet cette fille n'est point ma parente, parce que la qualité d'oncle ne s'acquiert pas par adoption. Par l'adoption, on n'acquiert que les droits de parenté légitime, c'est-à-dire les droits d'agnation. Par la même raison, je puis épouser la sœur de mon père adoptif, si elle n'est pas née du même père que mon père adoptif.

13. *Le même au liv. 35 sur Sabin.*

Si une femme qui a affranchi un esclave mérite si peu de considération que le mariage de son affranchi lui fasse honneur, le juge à qui on s'adressera à ce sujet ne doit pas empêcher ce mariage.

14. *Paul au liv. 35 sur l'Edit.*

Un fils adoptif ne peut, après son émanoi-

pation, épouser la veuve de son père adoptif; parce qu'elle lui tient lieu de belle-mère.

1. Il en sera de même à l'égard du père adoptif, qui, même après l'émancipation de son fils, ne pourra point épouser sa femme, qui lui tient lieu de bru; parce qu'il a été un temps où elle étoit sa bru.

2. En matière de mariage, il faut aussi faire attention à la parenté qui s'est formée dans la servitude. Ainsi un esclave affranchi ne pourra point épouser sa mère. Il en sera de même de sa sœur et de la fille de sa sœur. Réciproquement, un père et une fille affranchis de l'esclavage, ne pourront pas s'épouser, quand même il y auroit quelque doute si le père a véritablement cette qualité. Il s'ensuit de là qu'un père naturel ne peut point épouser sa fille bâtarde, parce que, quand il s'agit de contracter mariage, on doit respecter les liens de la nature et les règles des mœurs et de la pudeur, et que ce seroit les violer que d'épouser sa fille, quoique naturelle.

3. Il faut observer à l'égard des alliances contractées dans l'esclavage, ce qui vient d'être dit par rapport à la parenté qui s'est formée dans le même temps: en sorte que je ne puis pas épouser la femme à laquelle mon père a été uni pendant son esclavage, comme si elle étoit ma belle-mère; et réciproquement le père ne peut épouser la femme qui a été unie à son fils pendant le même temps, comme si elle étoit sa bru. On ne peut point non plus épouser la mère de la femme qu'on a eue dans l'esclavage, parce qu'elle est belle-mère. Car, puisqu'il y a une sorte de parenté entre les esclaves, pourquoi ne pourroit-on pas établir entre eux une sorte d'alliance? Dans le doute, il est toujours plus honnête et plus sûr de s'abstenir de ces sortes de mariages.

4. Voyons maintenant ce qu'on entend par belle-mère et belle-fille, belle-mère et bru, afin de connoître les personnes avec qui on ne peut pas contracter mariage. Quelques-uns entendent par belle-mère, opposée à belle-fille, la femme du père, et par bru, la femme du fils, et par belle-fille, la fille que la femme a eue d'un premier mariage. Mais, dans la matière présente, on doit étendre ces noms à la femme de l'aïeul et du bisaïeul. En sorte qu'on peut avoir deux

quæ patris adoptivi uxor fuit, ducere non potest: quia novercæ locum habet.

§. 1. Item si quis filium adoptaverit, uxorem ejusdem, quæ nurus loco est, ne quidem post emancipationem filii ducere poterit: quoniam aliquando nurus ei fuit.

Vel filii adoptivi.

§. 2. Serviles quoque cognationes in hoc jure observandæ sunt. Igitur suam matrem manumissam non ducet uxorem. Tantundem juris est, et in sorore, et sororis filiæ. Idem è contrario dicendum est, ut pater filiam non possit ducere, si ex servitute manumissi sint, etsi dubitetur patrem eum esse. Undè nec vulgò quæsitam filiam pater naturalis potest uxorem ducere: quoniam *in contrahendis matrimoniis naturale jus, et pudor inspiciendus est*: contra pudorem est autem filiam uxorem suam ducere.

De servili cognatione,

§. 3. Idem tamen, quod in servilibus cognationibus constitutum est, etiam in servilibus adfinitatibus servandum est: veluti ut eam quæ in contubernio patris fuerit, quasi novercam non possim ducere: et contra eam quæ in contubernio filii fuerit, patrem quasi nurum non ducere. Æquè nec matrem ejus, quam quis in servitute uxorem habuit, quasi socrum. Cùm enim cognatio servilis intelligitur, quare non adfinitas intelligatur? Sed in re dubia certius et modestius est, hujusmodi nuptiis abstinere.

Vel affinitate.

§. 4. Nunc videamus quomodò noverca, et privigna, et socrus, et nurus intelligantur: ut sciamus quas non liceat ducere. Quidam novercam per se patris uxorem, et nurum filii uxorem, et privignam uxoris ex alio marito filiam intelligunt. Sed quòd ad hanc causam, verius est, nec avi uxorem, nec proavi duci posse. Duas ergo, vel plures novercas ducere non poterit. Non mirum. Nam et is qui adoptivus est, nec naturalis patris,

Noverca, privigna, socrus, nurus quomodo accipiuntur.

nec adoptivi uxorem ducere potest. Sed et si plures uxores pater habuerit, nullam earum ducere possum. Itaque socrus appellatione non tantum uxoris meæ mater, sed et avia, et proavia intelligitur, ut nullam earum ducere possim. Nurus quoque appellatione non tantum filii uxor, sed et nepotis, et pronepotis continetur: licet quidam has pronurus appellent. Privigna quoque non solum ea mihi intelligitur, quæ uxoris meæ filia est, sed et neptis, et proneptis, ut nullam earum ducere possim. Item ejus matrem quam sponsam habui, non posse me uxorem ducere Augustus interpretatus est, fuisse enim eam socrum.

ou plusieurs belles-mères qu'on ne puisse pas épouser. Cela ne doit pas paroître étonnant: car le fils adoptif ne peut épouser ni la femme de son père adoptif, ni la femme de son père naturel. Le fils ne peut même épouser aucune des femmes de son père s'il en a eu plusieurs. Ainsi, par la belle-mère, opposée à gendre, je dois entendre non-seulement la mère de ma femme, mais son aïeule et sa bisaïeule, aucune desquelles je ne puis épouser. Par le terme de bru, on entendra non-seulement la femme de son fils, mais encore la femme de son petit-fils et de son arrière-petit-fils, que quelques-uns appellent des arrière-brus. De même, par le terme de belle-fille, j'entends non-seulement la fille de ma femme, mais encore sa petite-fille et son arrière-petite-fille, en sorte que je ne puisse épouser aucune d'elles. Je ne puis point non plus, suivant la décision de l'empereur Auguste, épouser la mère de celle qui m'a été fiancée, car elle m'a tenu lieu de belle-mère.

15. *Papinianus lib. 4 Responsorum.*

De uxore quondam privigni. De marito quondam privignæ.

Uxorem quondam privigni, conjungi matrimonio vitrici non oportet: nec in matrimonium convenire novercam ejus, qui privignæ maritus fuit.

15. *Papinien au liv. 4 des Réponses.*

Le beau-père ne peut pas épouser la femme de celui qui a été autrefois son beau-fils, et la belle-mère ne peut épouser le mari de celle qui a été sa belle-fille.

16. *Paulus lib. 35 ad Edictum.*

Si filia senatoris libertino nupsisset.

Oratione divi Marci cavetur, ut si senatoris filia libertino nupsisset, nec nuptiæ essent: quam et senatusconsultum secutum est.

16. *Paul au liv. 35 sur l'Édit.*

L'empereur Marc-Aurèle a présenté au sénat une ordonnance portant que le mariage de la fille d'un sénateur avec un affranchi seroit nul. Cette ordonnance a été confirmée par un sénatus-consulte.

De nepote et nepte.

§. 1. Nepote uxorem ducente, et filius consentire debet: neptis verò si nubat, voluntas et auctoritas avi sufficiet.

1. Lorsqu'un homme ayant un père et un aïeul, se marie, le consentement du père est nécessaire; au lieu que s'il s'agissoit dans le même cas d'une petite-fille, il suffiroit du consentement de l'aïeul.

De furore.

§. 2. Furor contrahi matrimonium non sinit, quia consensu opus est: sed rectè contractum non impedit.

2. La folie est un obstacle au mariage, parce qu'il requiert le consentement des parties; mais elle ne dissout point un mariage valablement contracté.

17. *Gaius lib. 11 ad Edictum provinciale.*

De fraternitate per adoptionem.

Per adoptionem quæsitæ fraternitas eousque impedit nuptias, donec manet adoptio. Ideòque eam quam pater meus adoptavit, et emancipavit, potero uxorem ducere. Æquè et si me emancipato illam in potestatem retinuerit, poterimus jungi matrimonio.

17. *Gaius au liv. 11 sur l'Édit provinciale.*

Lorsqu'on est devenu frère et sœur par adoption, le mariage n'est prohibé que tant que l'adoption dure. Ainsi je puis épouser la fille que mon père a adoptée, lorsqu'il l'aura émancipée. Nous pourrons de même contracter mariage ensemble si mon père m'émancipe et garde cette fille sous sa puissance.

1. C'est ce qui fait que, lorsqu'un homme veut avoir son gendre pour fils adoptif, on lui conseille d'émanciper sa fille, et par la même raison quand il veut avoir sa bru pour fille adoptive, d'émanciper son fils.

2. Il est pareillement défendu d'épouser ses tante et grand'tante paternelles ou maternelles, quoique la grand'tante soit au quatrième degré. On ne peut point non plus épouser ses tante et grand'tante paternelles, dont on n'est neveu ou petit-neveu que par adoption.

18. *Julien au liv. 16 du Digeste.*

Le mariage contracté entre ces dernières personnes est nul, à moins qu'il ne soit renouvelé du consentement des parens.

19. *Marcien au liv. 16 des Institutes.*

Par le chapitre trente-cinquième de la loi Julia, ceux qui empêchent, sans raison, les enfans qu'ils ont sous leur puissance de se marier, ou qui refusent de leur donner une dot, sont forcés, en vertu de l'ordonnance des empereurs Sévère et Antonin, par l'autorité des proconsuls et des présidens des provinces, de les marier et de les doter. Les parens sont censés à cet égard empêcher leurs enfans de se marier, lorsqu'ils ne leur cherchent pas de parti.

20. *Paul au liv. unique sur l'Ordonnance des empereurs Sévère et Commode.*

On doit observer que le curateur n'est point chargé de veiller à ce que sa pupille se marie ou non, parce qu'il n'est chargé que de l'administration de ses affaires. Les empereurs Sévère et Antonin l'ont ainsi décidé dans un rescrit conçu en ces termes : Le curateur est chargé de l'administration des affaires de sa pupille; mais la pupille est la maîtresse de se marier ou non.

21. *Térentius-Clémens au liv. 3 sur la Loi Julia et Papiam.*

On ne peut point forcer un fils de famille à se marier.

22. *Celse au liv. 15 du Digeste.*

Si un fils épouse, parce qu'il y est forcé par son père, une femme qu'il n'auroit point épousée s'il eût été son maître, le mariage est valablement contracté, quoiqu'il exige pour sa validité le consentement des parties;

§. 1. Itaque volenti generum adoptare, suadetur ut filiam emancipet : similiter suadetur ei qui nurum velit adoptare, ut emancipet filium.

De adoptione generi, vel nurus.

§. 2. Amitam quoque et materteram, item magnam quoque amitam, et materteram magnam prohibemur uxorem ducere : quamvis magna amita et matertera quarto gradu sint. Utique autem amitam, et amitam magnam prohibemur uxorem ducere, etsi per adoptionem nobis conjunctæ sint.

De amita, matertera, amita magna, matertera magna.

18. *Julianus lib. 16 Digestorum.*

Nuptiæ inter easdem personas (nisi volentibus parentibus) renovatæ, justæ non habentur.

De nuptiis renovatis, et consensu parentum.

19. *Marcianus lib. 16 Institutionum.*

Capite trigesimoquinto legis Juliæ, qui liberos quos habent in potestate, injuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere; vel qui dotem dare non volunt, ex constitutione divorum Severi et Antonini, per proconsules, præsidisque provinciarum coguntur in matrimonium collocare, et dotare. Prohibere autem videtur, et qui conditionem non quærit.

De patribus cogendis in matrimonium collocare.

20. *Paulus lib. singulari ad Oracionem divi Severi et Commodi.*

Sciendum est ad officium curatoris non pertinere, nubat pupilla, an non : quia officium ejus in administratione negotiorum constat. Et ita Severus et Antoninus rescripserunt, in hæc verba : *Ad officium curatoris administratio pupillæ pertinet : nubere autem pupilla suo arbitrio potest.*

De auctoritate curatoris.

21. *Terentius Clemens lib. 3 ad Legem Juliam et Papiam.*

Non cogitur filiusfamilias uxorem ducere.

De consensu filiifamilias.

22. *Celsus lib. 15 Digestorum.*

Si pater cogente ducat uxorem quam non duceret si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos non contrahitur : maluisse hoc videtur.

23. *Idem lib. 30 Digestorum.*

De libertina.

Lege Papia cavetur, omnibus ingenuis, præter senatores, eorumque liberos, libertinam uxorem habere licere.

24. *Modestinus lib. 1 Regularum.*

De præsumptione nuptiarum.

In liberæ mulieris consuetudine, non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ sunt, si non corpore quæstum fecerit.

25. *Idem lib. 2 Regularum.*

De filio emancipato.

Filius emancipatus etiam sine consensu patris uxorem ducere potest, et susceptus filius ei heres erit.

26. *Idem lib. 5 Responsorum* respondit,

De rea adulterii.

Reas adulterii factas, nec antè damnationem vivente marito uxores duci posse.

27. *Ulpianus lib. 3 ad Legem Juliam et Papiam.*

Si senator libertinam duxerit.

Si quis in senatorio ordine agens, libertinam habuerit uxorem, quamvis interim uxor non sit, altamen in ea conditione est, ut si amiserit dignitatem, uxor esse incipiat.

28. *Marcianus lib. 10 Institutionum.*

De liberta recusante nuptias patroni.

Invitam libertam uxorem ducere patronus non potest.

29. *Ulpianus lib. 3 ad Legem Juliam et Papiam.*

Quod et Ateius Capito consulatu suo fertur decrevisse. Hoc tamen ita observandum est, nisi patronus ideò eam manumisit, ut uxorem eam ducat.

30. *Gaius lib. 2 ad Legem Juliam et Papiam.*

De nuptiis simulatis.

Simulatæ nuptiæ nullius momenti sunt.

31. *Ulpianus lib. 6 ad Legem Juliam et Papiam.*

Si senator permissu principis libertinam duxerit.

Si senatori indulgentia principis fuerit permissum, libertinam justam uxorem habere, potest justa uxor esse.

le fils est censé alors avoir mieux aimé contracter ce mariage.

23. *Le même au liv. 30 du Digeste.*

La loi Papia porte, que tous les hommes libres de naissance, excepté les sénateurs et leurs enfans, peuvent épouser une affranchie.

24. *Modestin au liv. 1 des Règles.*

Lorsqu'une femme libre vit avec un homme, on ne doit pas regarder cette union comme un concubinage, mais plutôt comme un véritable mariage, si cette femme ne se prostitue point pour de l'argent.

25. *Le même au liv. 2 des Règles.*

Un fils émancipé peut se marier sans le consentement de son père, et l'enfant qu'il aura eu de ce mariage lui sera héritier sien.

26. *Le même au liv. 5 des Réponses, décide*

Qu'on ne peut point épouser du vivant du mari les femmes accusées d'adultère, même avant que le jugement de condamnation ait été porté contre elles.

27. *Ulpien au liv. 3 sur la Loi Julia et Papia.*

Si un homme revêtu de la dignité de sénateur tient à titre de femme une affranchie, quoiqu'elle ne soit pas en ce temps véritablement sa femme, elle est cependant dans le cas de la devenir si le sénateur perd sa dignité.

28. *Marcien au liv. 10 des Institutes.*

Le patron ne peut point épouser son affranchie malgré elle.

29. *Ulpien au liv. 3 sur la Loi Julia et Papia.*

On rapporte qu'Atéius-Capiton a porté dans son consulat un décret qui confirme ce sentiment. Il faut cependant excepter le cas où le patron ne l'auroit affranchie que pour en faire sa femme.

30. *Gaius au liv. 2 sur la Loi Julia et Papia.*

Un mariage simulé n'a aucun effet.

31. *Ulpien au liv. 6 sur la Loi Julia et Papia.*

Si le prince a permis à un sénateur de prendre une affranchie pour sa femme légitime, elle aura cette qualité.

32. *Marcellus au liv. 1 sur la Loi Julia et Papia.*

On doit observer qu'un affranchi qui s'est fait adopter par un homme libre de naissance, et qui par conséquent s'est procuré par cette adoption les droits de l'ingénuité dans la famille adoptive, n'en est pas moins exclu du droit de contracter mariage avec les enfans d'un sénateur, comme s'il étoit resté de la condition des affranchis.

33. *Le même au liv. 3 sur la Loi Julia et Papia.*

Plusieurs jurisconsultes pensent que lorsqu'une femme séparée de son mari retourne avec lui, il n'y a qu'un seul et même mariage. J'adopte aussi ce sentiment, pourvu qu'ils se réunissent peu après le divorce, et qu'il n'y ait pas eu de mariage intermédiaire. Ce sentiment doit sur-tout être admis dans le cas où le mari n'aura pas encore rendu la dot.

34. *Papinien au liv. 4 des Réponses.*

Une procuracion générale donnée à quelqu'un par le père pour chercher un mari à sa fille, ne suffit pas pour la validité du mariage. La personne doit être présentée au père qui a donné ce mandat pour que le mariage soit valable.

1. Si un mari a accusé en cette qualité sa femme d'adultère, il peut l'épouser une seconde fois, s'il a demandé un jugement d'abolition. Il en sera de même de celui qui aura accusé une femme d'adultère sous un autre qualité que celle de son mari, le mariage qu'il aura contracté avec elle dans le même cas sera valable.

2. Les enfans nés de deux mariages précédens peuvent contracter ensemble, quand bien même ils auroient un frère commun du mariage de leurs parens communs.

3. Si la fille d'un sénateur s'est mariée à un affranchi, la perte que le père aura faite de sa dignité ne rendra pas le mariage valable; car les enfans ne doivent pas être privés de leur rang dans l'état à cause du crime de leur père.

35. *Le même au liv. 6 des Réponses.*

Un fils de famille militaire ne peut point contracter un mariage valable sans le consentement de son père.

36. *Paul au liv. 5 des Questions.*

Un tuteur ou un curateur ne peut point

32. *Marcellus lib. 1 ad Legem Juliam et Papiam.*

Sciendum est, libertinum qui se ingenuo dedit adrogandum, quamvis in ejus familia ingenui jura sit consecutus, ut libertinum, tamen à senatoriis nuptiis repellendum esse.

De libertino arrogato ab ingenuo.

33. *Idem lib. 3 ad Legem Juliam et Papiam.*

Plerique opinantur, cum eadem mulier ad eundem virum revertatur, id matrimonium idem esse. Quibus adsentior, si non multo tempore interposito reconciliati fuerint, nec inter moras aut illa alii nupserit, aut hic aliam duxerit: maxime si nec dotem vir reddiderit.

De redintegrato matrimonio.

34. *Papinianus lib. 4 Responsorum.*

Generali mandato quærendi mariti filiæfamilias, non fieri nuptias rationis est. Itaque personam ejus patri demonstrari, qui matrimonio consenserit, ut nuptiæ contrahantur, necesse est.

De generali mandato quærendi mariti.

§. 1. Ream adulterii, quam vir jure mariti postulavit, non prohibetur post abolitionem uxorem denuo ducere. Sed et si non jure mariti ream postulavit, jure contractum matrimonium videbitur.

De rea adulterii.

§. 2. Inter privignos contrahi nuptiæ possunt, etsi fratrem communem ex novo parentum matrimonio susceptum habeant.

De comprivignis

§. 3. Filiam senatoris nuptias libertini secutam, patris casus non faciat uxorem: nam quæsitæ dignitas liberis, propter crimen patris auferenda non est.

Si pater ejus quæ libertino nupsit, senatu moveatur.

35. *Idem lib. 6 Responsorum.*

Filiusfamilias miles matrimonium sine patris voluntate non contrahit.

De filiofamilias milite.

36. *Paulus lib. 5 Quæstionum.*

Tutor, vel curator adultam uxorem

De adulta, tu.

tore, vel curatore,

ducere non potest, nisi à patre desponsa, destinata, testamentove nominata conditione nuptiis, secuta fuerit.

37. *Idem lib. 7 Responsorum.*

Vel liberto curatoris.

Libertum curatoris puellæ prohiberi oportet uxorem eandem ducere.

38. *Idem lib. 2 Sententiarum.*

De administrantibus officia.

Si quis officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non potest, quamvis sponsare non prohibeatur: ita scilicet, ut si post officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arris tantummodò redditus quas acceperat.

§ 1. Veterem sponsam in provincia quam quis administrat, uxorem ducere potest, et dos data non fit caduca.

§ 2. Qui in provincia aliquid administrat, in ea provincia filias suas in matrimonium collocare, et dotem constituere non prohibetur.

39. *Idem lib. 6 ad Plautium.*

De sororis pronepte.

Sororis proneptem non possum ducere uxorem, quoniam parentis loco ei sum.

De incestu.

§ 1. Si quis ex his, quas moribus prohibemur uxores deducere, duxerit, incestum dicitur committere.

40. *Pomponius lib. 4 ex Plautio.*

De filia privignæ.

Aristo respondit, privignæ filiam non magis uxorem duci posse, quàm ipsam privignam.

41. *Marcellus lib. 26 Digestorum.*

De ea quæ vulgo quæstum facit.

Probrum intelligitur etiam in his mulieribus esse, quæ turpiter viverent, vulgoque quæstum facerent, etiam si non palam.

De concubinato.

§ 1. Et si qua se in concubinato alterius quàm patroni tradidisset, matrisfamilias honestatem non habuisse dico.

épouser celle qui lui est confiée, lorsqu'elle est dans l'âge nubile, à moins qu'elle ne lui ait été fiancée ou destinée par le père, ou que la fille n'agrée le mariage que son père a proposé dans son testament.

37. *Le même au liv. 7 des Réponses.*

On doit empêcher l'affranchi du curateur d'épouser la mineure confiée à son patron.

38. *Le même au liv. 2 des Sentences.*

Celui qui est envoyé dans une province pour y exercer une charge, ne peut point épouser une femme qui en soit originaire, ou qui y soit domiciliée; il ne lui est cependant pas défendu de se fiancer avec elle. De manière toutefois que si la femme ne veut point se marier avec lui lorsque le temps de son administration sera fini, elle sera la maîtresse de le faire, en rendant seulement les arrhes qu'elle aura reçues.

1. On peut épouser dans la province dont on est gouverneur une fille à laquelle on a été anciennement fiancé, et la dot n'est pas dans le cas d'être confisquée.

2. Celui qui est envoyé dans une province pour y exercer quelque charge peut y marier ses filles, et leur constituer une dot valable.

39. *Le même au liv. 6 sur Plautius.*

Je ne puis point épouser la petite-fille de ma sœur, parce qu'il y a entre nous ce qu'on appelle le rapport de parens et d'enfans.

1. Celui qui épouse une personne qu'il ne peut avoir pour femme selon le droit des gens, commet un inceste.

40. *Pomponius au liv. 4 sur Plautius.*

Ariston a répondu qu'on ne pouvoit pas plus épouser la fille de sa belle-fille, que sa belle-fille elle-même.

41. *Marcellus au liv. 26 du Digeste.*

Il y a un déshonneur attaché à la mauvaise conduite des femmes qui gagnent de l'argent à se prostituer, quoiqu'elles ne le fassent pas publiquement.

1. Si une femme a été la concubine d'un autre que de son patron, je dis qu'elle ne s'est pas comportée en honnête femme.

42. *Modestini au liv. unique des Solennités du mariage.*

En matière d'union d'un homme et d'une femme, il faut faire attention non-seulement à ce qui est permis par la loi, mais encore à ce qu'exige la bienséance.

1. Le mariage contracté par la fille, la petite-fille ou l'arrière-petite-fille d'un sénateur, avec un affranchi, un comédien, ou les enfans de ces sortes de gens, est nul.

43. *Ulpian au liv. 1 sur la Loi Julia et Papia.*

Une femme fait un commerce public de prostitution, non-seulement quand elle se prostitue dans un lieu de débauche, mais encore lorsqu'elle fréquente les cabarets, ou d'autres endroits dans lesquels elle ne ménage pas son honneur.

1. On entend par un commerce public, le métier de ces femmes qui se prostituent à tous venans et sans choix. Ainsi ce terme ne s'étend pas aux femmes mariées qui se rendent coupables d'adultère, ou aux filles qui se laissent séduire : on doit l'entendre des femmes prostituées.

2. Une femme qui s'est abandonnée pour de l'argent à une ou deux personnes, n'est point censée faire un commerce public de prostitution.

3. Octavénus pense, avec raison, que celle qui se prostitue publiquement, même sans prendre d'argent, doit être mise au nombre des femmes qui font commerce public de prostitution.

4. L'infamie tombe non-seulement sur les femmes qui font ce commerce, mais encore sur celles qui l'ont fait, et qui s'en sont retirées ; car le déshonneur attaché à la prostitution ne cesse pas avec elle.

5. Une femme qui apporte sa pauvreté pour excuse de sa mauvaise conduite ne mérite aucun pardon.

6. Le maquereillage n'est pas un moindre crime que la prostitution publique.

7. Le nom de maquereille s'applique aux femmes qui en prostituent d'autres qui se livrent pour de l'argent.

8. Ce terme s'étend aussi aux femmes qui font ce commerce au nom et pour le compte d'une autre.

9. Si une femme tenant cabaret y loge des

Tome III.

42. *Modestinus lib. singulari de Ritu nuptiarum.*

Semper in conjunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed et quid honestum sit. De honestate spectanda.

§. 1. Si senatoris filia neptis, proneptis, libertino, vel ei qui artem ludicram exercuerit, cujusve pater materve id fecerit, nupserit, nuptiæ non erunt. Quibus nubere non possunt prognatæ senatoribus.

43. *Ulpianus lib. 1 ad Legem Juliam et Papiam.*

Palam quæstum facere dicemus, non tantum eam quæ in lupanario se prostituit, verum etiam si qua, ut adsolet, in taberna cauponia, vel qua alia pudori suo non parcit. Quid sit palam quæstum facere.

§. 1. Palam autem sic accipimus, passim, hoc est sine delectu, non si qua adulteris, vel stupratoribus se committit, sed quæ vicem prostitutæ sustinet.

§. 2. Item, quod cum uno et altero pecunia accepta commiscuit, non videtur palam corpore quæstum facere.

§. 3. Octavenus tamen rectissimè ait, etiam eam quæ sine quæstu palam se prostituerit, debuisse his connumerari. De ea quæ palam sine quæstu se prostituit.

§. 4. Non solum autem ea quæ facit, verum ea quoque quæ fecit, etsi facere desiit, lege notatur : neque enim aboletur turpitude, quæ postea intermissa est. De ea quæ facere desiit.

§. 5. Non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam egit. De obtentu paupertatis.

§. 6. Lenocinium facere non minus est, quam corpore quæstum exercere. De lenocinio.

§. 7. Lenas autem eas dicimus, quæ mulieres quæstuiarias prostituunt.

§. 8. Lenam accipiemus et eam, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet.

§. 9. Si qua cauponam exercens, in ea

corporâ quæstuarîa habeat, ut multæ adsolent sub prætextu instrumenti cauponii prostitutas mulieres habere, dicendum hanc quoque lenæ appellatione contineri.

De damnata
publico iudicio,

§. 10. Senatus censuit, non conveniens esse ulli senatori, uxorem ducere aut retinere damnatam publico iudicio, quo iudicio cuilibet ex populo experiri licet, nisi si cui lege aliqua accusandi publico iudicio non est potestas.

Vel calumniæ,
vel prævaricationis.

§. 11. Si qua calumniæ iudicio damnata sit ex causa publici iudicii, et quæ prævaricationis damnata est, publico iudicio damnata esse non videtur.

De adultera.

§. 12. Quæ in adulterio deprehensa est, quasi publico iudicio damnata est. Proindè si adulterii condemnata esse proponatur, non tantùm quia deprehensa est, erit notata, sed quia et publico iudicio damnata est. Quòd si non sit deprehensa, damnata autem, idcirco notetur, quia publico iudicio damnata est : at si deprehensa quidem sit, damnata autem non sit, notata erit. Ego puto, etsi absoluta sit post deprehensionem, adhuc tamen notam illi obesse debere : quia verum est eam in adulterio deprehensam : quia factum lex, non sententiam notaverit.

§. 13. Non adjicitur hic, ut in lege Julia de adulteriis, à quo, vel ubi deprehensam. Proindè sive maritus, sive quis alius deprehendisse proponatur, videtur notata. Sed et si non in domo mariti, vel patris sui deprehensa sit, erit notata, secundùm verba legis.

44. *Paulus lib. 1 ad Legem Juliam et Papiam.*

Legis Julię et
Papię caput, de
senatoribus, et
eorum liberis.

Lege Julia ita cavetur : *Qui senator est, quive filius, neposve ex filio, proneposve ex filio nato, cujus eorum est, erit : ne quis eorum sponsam uxoremve sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam quæ ipsa, cujusve pater, materve artem ludi-*

femmes qui se prostituent pour de l'argent, comme plusieurs le font, sous le prétexte d'avoir des femmes pour y servir, on pourra aussi lui appliquer le nom de maquerelle.

10. Le sénat a décidé qu'aucun sénateur ne pouvoit honnêtement épouser une femme, ou la garder, après qu'elle aura été condamnée par un jugement public, c'est-à-dire, dans lequel tout citoyen est reçu pour accusateur, lorsqu'il n'en est empêché par aucune loi particulière.

11. Une femme condamnée pour avoir accusé calomnieusement dans un jugement public, ou pour prévarication, n'est pas censée à cet égard condamnée par un jugement public.

12. Une femme surprise en adultère est regardée comme condamnée par un jugement public. Ainsi, si elle a été condamnée comme coupable d'adultère, elle encourra l'infamie, non-seulement pour avoir été surprise en adultère, mais encore pour avoir été condamnée par un jugement public. Si elle n'a pas été surprise, mais condamnée comme coupable d'adultère, elle sera infame comme condamnée par un jugement public ; si elle a été surprise et non condamnée, elle encourra toujours l'infamie. Je pense même que cette note d'infamie auroit lieu, quand, dans ce dernier cas, elle auroit eu un jugement d'absolution ; parce qu'il est vrai qu'elle a été surprise en adultère, et que l'infamie introduite à ce sujet par la loi tombe sur le fait, et non sur le jugement qui intervient.

13. On n'examine point ici, comme dans la loi Julia sur les adultères, par qui et où la femme a été surprise. Ainsi, elle sera notée d'infamie, soit qu'elle ait été surprise par son mari, soit qu'elle l'ait été par un autre ; elle sera même infame quand elle auroit été surprise ailleurs que dans la maison de son mari ou de son père.

44. *Paul au liv. 1 sur la Loi Julia et Papia.*

La loi Julia porte cette disposition : « Un sénateur, son fils et les enfans qu'il aura de son fils, ne pourront point fiancer ni épouser sciemment ni frauduleusement une femme affranchie, ou une femme dont le père ou la mère fera ou aura fait le métier de comé-

dien. La fille ou la petite-fille et l'arrière-petite-fille descendantes par mâles d'un sénateur, ne pourront pareillement fiancer ou épouser sciemment et de mauvaise foi un affranchi, ou celui dont le père ou la mère fera ou aura fait le métier de comédien; qu'aucun des susnommés ne puisse sciemment et de mauvaise foi prendre pour fiancée ou pour femme des filles de sénateurs ».

1. Ce chef de la loi défend à un sénateur d'épouser une affranchie, ou une femme dont le père ou la mère aura fait le métier de comédien. Il défend aussi à un affranchi d'épouser la fille d'un sénateur.

2. Si l'aïeul ou l'aïeule a fait le métier de comédien, il n'en résultera aucun obstacle pour le mariage.

3. On n'examinera pas si le fils dont il s'agit est ou n'est pas sous la puissance du père qui a exercé ces professions déshonorantes. Cependant Octavénus pense que la loi n'entend parler que du père légitime; à l'égard de la mère, elle fera obstacle, quand même l'enfant dont il s'agit ne seroit pas légitime.

4. On n'examinera pas non plus si le père est légitime ou simplement adoptif.

1. Lorsqu'un étranger qui fournit de son bien une dot pour une femme , a intention de faire quelque convention à cet égard , il est libre de faire toutes celles qu'il voudra , même à l'insu de la femme ; de même qu'il

statuto legibus tempore? Proculus respondit : Quod ad diem reddendæ dotis attinet , pacto existimo meliorem conditionem mulieris fieri posse , deteriorem non posse. Itaque si cautum est , *ut propiore tempore quàm legibus constitutum est reddatur* , stari eo debere : si ut longiore , nec valere id pactum conventum. Cujus sententiæ conveniens est dicere , si pacto convento cautum est , *ut quanto serius quæque , et post nuptias data fuerit , tantò post divortium reddatur* , si propiore quàm in reddenda dote constitutum est , data sit , valere pactum conventum : si longiore , non valere.

18. *Julianus lib. 18 Digestorum.*

Licet manente matrimonio non possit inter virum et uxorem convenire , *ut longiore die dos reddatur* , post divortium tamen , si justa causa conventionis fuerit , custòdiri id pactum debet.

19. *Alfenus lib. 3 Digestorum à Paulo epitomatorum.*

Aliud est si pater pro filia dotem promisit , *ut annua , bina , trima , quadrima , quinto anno dos à se redderetur* , et convenit , *ut iisdem diebus dos soluto matrimonio redderetur* : hoc enim pactum ita valet , si patri filia heres exstitisset , et interveniente ea pactum conventum fuerit.

20. *Paulus lib. 35 ad Edictum.*

Ob res quoque donatas , vel amotas , vel impensas factas , tunc facta pactio valet , id est , post divortium.

De rebus donatis , vel amotis.
De impensis.

§. 1. Si extraneus de suo daturus sit dotem , quidquid vult , pacisci et ignorante muliere , sicut et stipulari potest : legem enim suæ rei dicit : postquam verò dederit , pacisci consentiente muliere debet.

De extraneis dotante.

Factum, ne à muliere, neve à patre petatur.

§. 2. Si convenerit, ne à muliere, neve à patre dos petatur, heres non habebit exceptionem. Sed si convenerit, ne mœnente matrimonio vivo patre petatur, mortuo patre statim exigitur; et si non petierit maritus, tenebitur hujus culpæ nomine, si dos exigi potuerit: nisi fortè antè diremptum sit matrimonium, quàm facultatem petendi haberet.

De permutatione dotis.

21. *Julianus lib. 17 Digestorum.*
Si mulier dotis causa promiserit certam summam, et pro ea mancipia in dotem dederit ea conditione, ut periculo ejus essent, et si quid ex his natum esset, ad eam pertineret: stari pacto convento oportebit. Nam constat posse inter uxorem et virum conveniri, ut dos quæ in pecunia numerata esset, permutaretur, et transferatur in corpora, cum mulieri prodest.

De annuo uxori promisso.

22. *Idem lib. 2 ad Urseium Ferocem.*
Quidam fundum dotis causa ab uxore sua acceperat, interque eos convenerat, ut mercedes ejus fundi vir uxori, annui nomine daret. Deinde eum fundum vir matri mulieris certa pensione colendum locaverat: eaque cum mercedes ejus fundi deberet, decesserat, et filiam suam solam heredem reliquerat, et divortium factum erat. Vir deinde petebat à muliere mercedes quas mater debuerat. Placuit exceptionem mulieri dari non debere: ac si inter se et virum non convenisset ut hæ mercedes sibi alimentorum nomine darentur: cum futurum sit, ut quodammodo donationes inter virum et uxorem confirmentur: nam quod annui nomine datur, species est donationis.

pourra aussi faire des stipulations sans lui en donner connoissance: en effet il impose à sa libéralité telle condition qu'il lui plaît. Mais, dès qu'il aura une fois constitué la dot, il ne peut plus faire de convention que du consentement de la femme.

2. Si la convention porte que le mari ne pourra exiger la dot ni de sa femme ni de son beau-père, cette convention ne donnera aucune exception aux héritiers des personnes qui y sont dénommées. Cependant, si on étoit convenu que le mari ne pourroit point exiger la dot pendant le mariage, du vivant du beau-père, elle sera exigible aussitôt après la mort du beau-père; et si le mari n'en forme point la demande, il sera responsable de sa négligence à cet égard, si la dot a pu être exigée; à moins que la dissolution du mariage ne soit arrivée avant que le mari ait eu le droit de former sa demande.

21. *Julien au liv. 17 du Digeste.*

Une femme a promis en dot à son mari une certaine somme, au lieu de laquelle elle lui a donné des esclaves, sous la condition qu'elle se chargeoit des risques, et que les enfans qui naistroient de ces esclaves lui appartiendroient. Cette clause doit avoir son exécution: car il est certain qu'un mari et une femme peuvent par convention changer de nature une dot qui consistoit en une somme d'argent, et la faire consister en certains effets, si ce changement est avantageux pour la femme.

22. *Le même au liv. 2 sur Urseius-Férox.*

Un mari avoit reçu un fonds de sa femme à titre de dot, et les parties étoient convenues que le mari donneroit à sa femme, par forme de revenu annuel; les loyers qu'il percevroit de ce fonds. Le mari l'a loué à sa belle-mère moyennant un certain loyer, et elle est morte sans les avoir payés, laissant sa fille pour unique héritière; la femme étoit alors séparée d'avec son mari. Le mari intente son action contre elle à l'effet de se faire payer les loyers dus par la belle-mère. On a décidé que la femme ne pourroit opposer efficacement aucune exception, comme si la convention faite entre elle et son mari avoit pour objet que ces loyers tiendroient lieu d'alimens à la femme: car on trouveroit par là le moyen de faire valider les donations entre mari et femme, puisque ce qui

est donné à titre de revenu annuel forme une espèce de donation.

23. *Africanus au liv. 7 des Questions.*

Un père en constituant une dot à sa fille, a inséré cette clause, que, dans le cas où sa fille mourroit laissant un ou plusieurs enfans, la dot lui seroit rendue, déduction faite du tiers, ou après sa mort à tel ou tel des enfans qui étoient sous sa puissance. Il a ensuite confirmé cette clause par une stipulation expresse. La femme est morte après son père, le mariage subsistant, et laissant des enfans. On a demandé si les enfans désignés par le père pourroient, en vertu de cette stipulation, demander les deux tiers de la dot? J'ai répondu qu'ils le pouvoient: car l'effet de cette stipulation est de faire rendre la dot au père en cas de mort de la fille pendant le mariage. Il en est de même d'une pareille stipulation que de celle qui seroit conçue en ces termes, vous promettez, en cas qu'il vienne un vaisseau d'Asie, de me fournir telle somme, ou, après ma mort, à Lucius-Titius: car la somme seroit due en vertu de cette stipulation à l'héritier, dans le cas même où le vaisseau ne seroit arrivé qu'après le décès de celui qui a fait la stipulation.

24. *Florentin au liv. 3 des Institutes.*

Si le mari et la femme sont convenus ensemble que celui-ci retiendrait la dot, en tout ou en partie, en faveur des enfans qui naîtroient de ce mariage, la convention doit être exécutée, en supposant même que les enfans soient nés avant que la dot ait été donnée ou augmentée; parce qu'il suffit que ces enfans soient nés du mariage dont il s'agit.

25. *Ulpian au liv. 1 des Réponses.*

Lorsque le mari s'oblige à rendre la dot dans le cas où la femme viendra à mourir pendant le mariage, il est censé s'être aussi obligé à ne point l'exiger. En ce cas, en supposant qu'il ne l'ait pas reçue, le beau-père a acquis par cette convention faite avec son gendre, une exception dont il transmet l'avantage à son héritier.

26. *Papinien au liv. 4 des Réponses.*

Il y a eu une convention entre le beau-père et le gendre, portant, que dans le cas où la fille viendrait à mourir laissant un enfant de l'âge d'un an, la dot appartiendrait au

23. *Africanus lib. 7 Quæstionum.*

Pater cum filiæ suæ nomine dotem daret, pactus est, ut mortua filiâ, uno pluribusve liberis superstilibus, deducta parte tertia reliqua dos sibi, aut post mortem, suam illi aut illis filiis quos in potestate habebat, reddatur. Deindè hæc ita fieri stipulatus est. Post mortem ejus mulier in matrimonio decesserat relictis filiis. Quæsitum est, an ex stipulatione duas partes illi petere possint? Respondi posse: etenim vim ejus stipulationis hanc esse, ut si in matrimonio mortua esset, dos patri redderetur: et perindè habendum, ac si talis stipulatio interposita fuisset, *si navis ex Asia venerit, mihi, aut post mortem meam Lucio Titio dari spondes?* Nam et si post mortem stipulatoris navis venisset, heredi deberi.

Si conditio post mortem stipulatoris extiterit.

24. *Florentinus lib. 3 Institutionum.*

Si inter virum et uxorem pactum est, *ut certa pars dotis, vel tota ob unum, vel plures liberos intervenientes retineatur:* etiam eorum liberorum nomine qui antè nati sunt, quàm dos daretur, aut amplietur, conventio rata est: nam sufficit eos ex eo matrimonio nasci, in quo dos data est.

De dote à marito liberorum nomine retinenda.

25. *Ulpianus lib. 1 Responsorum.*

Quod de reddenda dote, *si data fuisset mortua in matrimonio filiâ,* convenit, idem de non petenda quoque videri convenisse: ac patrem pacti conventi exceptionem nactum ad heredem suum transmisisse.

De dote reddenda, vel non petenda.

26. *Papinianus lib. 4 Responsorum.*

Inter socerum et generum convenit, *ut si filiâ mortua superstitem anniculum filium habuisset, dos ad virum pertinere:* quòd si vivente matre filius obisset, vir dotis

De muliere, quæ naufragio periit una cum filio. Si vir per errorem dotem non retinuit.

portionem, uxore in matrimonio defuncta retineret. Mulier naufragio cum anniculo filio periit. Quia verisimile videbatur, antè matrem infantem periisse, virum partem dotis retinere placuit.

§. 1. Vir dotem quam ex pacto filiae nomine retinere potuit, si lapsus errore non retinuit, filiam quæ patri sola, matri pro parte heres exstiterit, apud arbitrum divisionis non improbè dotis perperam à patre solutæ præceptionem desiderare constitit.

De pacto, ut muliere sine liberis defuncta, dos restituatur.

§. 2. Cùm inter patrem et generum convenit, ut in matrimonio sine liberis defuncta filia, dos patri restituatur, id actum inter contrahentes intelligi debet, ut liberis superstilibus filia defuncta, dos retineatur: nec separabitur portio dotis, additamenti causa data, si postea nihil aliud conveniat.

De sumptibus itinervis.

§. 3. Convenit, ut mulier viri sumptibus, quoquo iret, veheretur: atque idèd mulier pactum ad litteras viri secuta, provinciam in qua centurio merebat, petit. Non servata fide conventionis, licet directa actio nulla competit, utilis tamen in factum danda est.

An pactum filiae prosit matri.

§. 4. Filia cùm pro se dotem promitteret, pepigit, ut si in matrimonio sine liberis decessisset, matri suæ dos solvatur. Pacto filiae nulla matri quæritur actio. Si tamen heres puellæ matri pecuniam dotis solverit, viro contra placita petenti dotem, obstabit exceptio.

mari, et que dans le cas où la mère survivoit à son fils, le mari ne retiendroit qu'une portion de la dot, si la mère venoit à mourir pendant le mariage. La mère a péri dans un naufrage avec son fils, âgé d'un an. Comme il est vraisemblable que cet enfant est mort avant sa mère, le mari ne pourra retenir qu'une portion de la dot.

1. Un particulier avoit le droit de retenir la dot en faveur d'une fille née de son mariage, à cause de la clause expresse du contrat, qui lui accordoit cette faculté. Il ne s'est point servi de son droit par erreur. Cette fille, qui a été unique héritière de son père, et héritière de sa mère pour une portion seulement, pourra, en procédant au partage de la succession de sa mère avec ses cohéritiers, demander qu'on prélève sur la masse de cette succession la dot que son père a rendue mal-à-propos et sans y pouvoir être forcé.

2. Lorsque le beau-père et le gendre conviennent ensemble que celui-ci rendra la dot au premier dans le cas où sa fille viendra à mourir pendant le mariage sans laisser d'enfans, les contractans sont censés avoir eu intention que la dot ne seroit point rendue si la femme laissoit des enfans à sa mort; et cela s'étendra même à l'augmentation de dot, si lors de l'addition faite à la dot les parties n'ont fait aucune convention expresse au contraire.

3. Les parties sont convenues que la femme seroit voiturée aux frais de son mari par tout où elle iroit. En conséquence cette femme, sur une lettre qu'elle reçoit de son mari, part pour l'aller trouver dans une province où il résidoit en qualité de centurion. Si le mari ne veut point rendre à sa femme, suivant la convention, les frais qu'elle a faits pour ce voyage, la femme n'aura véritablement aucune action directe contre lui, mais on ne pourra pas lui refuser l'action prétorienne utile expositive du fait.

4. Une fille, en se constituant une dot à elle-même, a inséré la clause que, dans le cas où elle viendroit à mourir sans enfans, la dot seroit rendue à sa mère. Ce pacte fait par la fille ne donne aucune action à la mère. Si cependant l'héritier de la fille a payé à la mère la somme qui composoit la dot, le mari venant à exiger cette dot contre

sa propre convention, sera repoussé par une exception.

5. Un père a stipulé que la dot lui seroit rendue si sa fille venoit à mourir pendant le mariage. Le père a été pendant le mariage condamné à une peine capitale. La condition sous laquelle la stipulation a été faite n'existera pas, si le mariage se dissout ou par le divorce ou par la mort du mari. Si la femme est morte pendant le mariage, l'action provenant de la stipulation faite par le père sera acquise au fisc. Mais si le mariage ayant une fois été dissous par un véritable divorce, les deux parties se réunissent et renouvellent leur mariage, le fisc ne pourra plus avoir le bénéfice de la stipulation, quand même la femme viendrait à mourir pendant ce second mariage, parce que la stipulation dont il est ici question ne porte que sur le premier mariage.

27. *Le même au liv. 1 des Définitions.*

Si une femme qui a des enfans de son mariage affecte de faire divorce à son mari, et qu'après ce prétendu divorce, qui n'a été qu'une brouillerie de ménage, elle revienne avec son mari, et que mettant cette réconciliation à prix d'argent, elle fasse promettre à son mari ou de lui rendre la dot qu'il a reçue, ou de ne point exiger celle qui lui a été promise, de manière que cette femme se trouve sans dot, cette convention, suivant l'exposé qui vient d'en être fait, doit être rejetée, comme contraire à l'usage, qui défend les donations entre mari et femme.

28. *Paul au liv. 5 des Questions.*

On demande si on doit regarder comme valable une convention faite avant ou après le mariage, par laquelle le mari s'est obligé à payer un créancier de sa femme sur les fruits du fonds qu'il avoit reçu ou devoit recevoir en dot? Je réponds que cette convention est valable, si elle est faite avant le mariage, et que son effet est de diminuer la dot qui a été constituée; mais si elle est faite après le mariage, comme les fruits de la dot sont destinés à subvenir aux charges du mariage, c'est sur son propre bien que le mari s'engage à payer le créancier de sa femme; et par conséquent une pareille convention dégénère de sa part en une pure donation.

§. 5. *Pater, si filia nupta mortem obisset, dotem dari stipulatus est. Constante matrimonio capitali crimine damnatus est. Divortio secuto, vel morte viri soluto matrimonio, stipulationis conditio deficit. Quòd si mulier in matrimonio decesserit, ex stipulatu fisco dotis actio quæreretur. Post verum autem divortium renovatis nuptiis, non committitur fisco stipulatio, licet defuncta sit in matrimonio filia: quoniam ad primas nuptias pertinet.*

Si pater, qui stipulatus est, filia in matrimonio defuncta, sibi dotem reddi, capitali crimine damnatur.

27. *Idem lib. 1. Definitionum:*

Si liberis sublatis reversa post jurgium per dissimulationem mulier, veluti venali concordia, ne dotata sit, conveniat, conventio secundum ordinem rei gestæ moribus improbanda est.

De jurgio ficto, et remissione dotis.

28. *Paulus lib. 5. Quæstionum.*

Quæris, si pacta sit mulier, vel antè nuptias, vel post nuptias, ut ex fundi fructibus quem dedit in dotem, creditor mulieris dimittatur, an valeat pactum? Dico, si antè nuptias id convenerit, valere pactum; eoque modo minorem dotem constitutam: post nuptias verò, cum onera matrimonii fructus relevaturi sunt, jam de suo maritus paciscitur, ut dimittat creditorem; et erit mera donatio.

De creditore dimittendo ex fructibus dotis.

29. *Scævola lib. 2 Responsorum.*

De æstimatione
et periculo rei
dotalis.

Cùm maritus qui æstimata prædia in dotem acceperat, manente matrimonio pactus est circumscribendæ mulieris gratia, ut prædia inæstimata essent, ut sine periculo suo ea deteriora faceret: quæsitum est, an secundùm priores dotalis tabulas prædia æstimata remanerent, et periculum eorum ad maritum pertineret? Respondi, non idcirco id pactum, de quo quæreretur, impediri, quòd in matrimonio factum esset, si deteriore loco dos non esset: nihilominus, eo pacto admissio, si deteriora prædia faceret, eo etiam nomine dotis eum actione teneri.

De dote à stipulatore non repetita, et matrimonio voluntate heredis stipulatoris redintegrato.

§. 1. Titius mulieris nomine dotem dedit, et stipulatus est *in casum mortis, et divortii*. Divortio secuto, non repetita dote, Titius decessit: mulier ex voluntate heredis ejus redintegravit matrimonium. Quæsitum est, an ex stipulatu dotem petere possit? Respondi, heredem Titii, si consensisset ut ea quantitas quam ex stipulatu consequi potuerat, reconciliato matrimonio dotis fieret, posse pacti exceptione summoverti.

De dote restituenda, et de his quæ mulier legavit.

§. 2. Mulier dote quam dedit, pacta est, ut si in matrimonio decessisset, fratri ejus redderetur: isque in eum casum stipulatus est. Mulier decedens quasdam res dotalis marito legavit, et aliis: quasdam ex servis dotalibus manumisit. Quæsitum est an maritus earum rerum nomine quas legavit mulier, et servorum quos manumisit, fratri teneretur? Respondi, nihil proponi, cur non teneretur: cùm etiam heredes defunctæ tam legatariis, quam libertatibus obnoxii sint.

29. *Scævola au liv. 2 des Réponses.*

Un mari avoit reçu en dot pour sa femme des fonds de terre dont l'estimation avoit été faite; pendant le mariage, dans le dessein de tromper sa femme, il fait avec elle une convention par laquelle les parties déclarent que ces fonds seront regardés comme n'ayant pas été estimés, en sorte que le mari pouvoit les détériorer impunément et sans courir aucun risque. On a demandé si les fonds conserveroient toujours la qualité de fonds estimés, au désir du premier contrat de constitution de dot, et si le mari en conséquence continueroit de courir les risques de leur détérioration? J'ai répondu que cette dernière convention ne seroit pas sans effet, précisément parce qu'elle avoit été faite pendant le mariage, si d'ailleurs la dot n'en souffroit aucun préjudice; mais si le mari après cette convention détériore les fonds donnés en dot, la femme n'en aura pas moins contre lui l'action dotala à cet égard.

1. Titius a constitué une dot pour une femme, et a stipulé qu'elle lui seroit rendue en cas de dissolution de mariage par divorce ou par mort. Le divorce étant arrivé, Titius est mort sans former sa demande en restitution de dot; la femme, du consentement de l'héritier, est retournée avec son mari. On a demandé si l'héritier de Titius avoit une action, en conséquence de la stipulation du défunt, pour se faire rendre la dot? J'ai répondu que si l'héritier avoit consenti que la somme qu'il avoit droit de se faire rendre en vertu de cette stipulation, restât en dot pour ce mariage ainsi renouvelé, le mari pourroit lui opposer une exception qui le feroit débouter de sa demande.

2. Une femme ayant donné une dot à son mari, a fait une convention par laquelle celui-ci s'est engagé à rendre la dot au frère de sa femme dans le cas où elle viendrait à mourir pendant le mariage. Le frère a stipulé que la dot lui seroit rendue en ce cas. La femme, en mourant, a légué à son mari certains effets qui faisoient partie de la dot; elle a fait aussi des legs semblables à d'autres, et a affranchi quelques esclaves qui faisoient pareillement partie de sa dot. On a demandé si le mari étoit obligé envers le frère de sa défunte femme, relativement aux legs par elle faits des effets dotaux, et à l'affranchis-

sement des esclaves faisant partie de la dot ? J'ai répondu que je ne voyois rien dans l'exposé qui pût faire croire que le mari ne seroit point obligé à cet égard envers le frère de la défunte, puisque les héritiers de la défunte sont d'ailleurs chargés de payer les legs et les affranchissemens qu'elle a faits.

30. *Tryphoninus au liv. 10 des Disputes.*

Bæbius-Marcellus avoit promis à Bæbius-Maryllus une somme de cent pour la dot de sa fille. Les deux parties étoient convenues ensemble que la dot ne seroit point exigible tant que le mariage subsisteroit ; que si la fille mouroit après son père, le mariage encore subsistant, et sans laisser d'enfans, la dot appartiendroit au mari et au frère de la défunte, à chacun pour moitié. Ces conventions avoient été revêtues d'une stipulation solennelle. Bæbius-Marcellus vint à mourir, laissant son fils et sa fille, et ayant légué à sa fille la dot qu'il avoit constituée pour elle ; Maryllus, gendre de Bæbius-Marcellus, a fait divorce avec sa femme, de qui il avoit une fille ; enfin la femme est morte instituant pour ses héritiers sa fille et son frère chacun par égales portions. Maryllus s'est présenté devant le préteur Pétronius-Magnus, et actionnoit le fils de Bæbius-Marcellus, qui étoit aussi son héritier, pour se faire rendre par lui la dot entière qui lui avoit été promise ; il prétendoit que la clause qui posoit que la moitié de la dot appartiendroit au mari en cas de mort de la femme sans enfans, faisoit présumer à plus forte raison que cette même dot devoit lui appartenir en entier dans le cas où la femme auroit eu un fils ou une fille. L'héritier répondoit de son côté que l'exception que donnoit aux parties la convention par laquelle on s'engageoit à ne point exiger la dot, passoit à leurs héritiers. Cependant cette réponse ne valoit rien, parce que, dans l'espèce, l'héritier ne pouvoit point opposer cette exception, puisqu'il étoit actionné en qualité d'héritier de la femme du chef de la défunte, et non en qualité d'héritier de Bæbius-Marcellus ; mais il avoit une meilleure exception à opposer, en disant que, même du vivant de la femme, si Maryllus eût formé contre lui la demande de la dot, il auroit pu l'en faire débouter, en exposant que la dissolution du mariage n'étoit pas arrivée par

30. *Tryphoninus lib. 10 Disputationum.*

Bæbius Marcellus Bæbio Maryllo, dotis filiae suae nomine, centena promiserat, et convenerat inter eos, ne ea dos constante matrimonio peteretur : vel, si post mortem patris in matrimonio sine liberis filia decessisset, ut dimidia dos apud Maryllum remaneret, dimidia fratri mulieris restitueretur : eaque etiam in stipulationem deducta erant. Mortuo Marcello, filio et filia superstitibus, dote universa filiae praelegata, Maryllus nata filia diverterat : et mulier decesserat, fratre suo et filia ex partibus æquis heredibus relictis. Apud Petronium magnum prætorem Maryllus ab herede filio Marcelli ex dotis promissione universam dotem petebat, illa conjectura, quasi inter duos placuisset, nullo filiorum exstante mortua muliere, partem dotis remanere apud maritum, magis convenisset utique totam ejus esse dotem, si filium filiamve habuisset. Ex diverso respondebatur, pacti quidem vulgaris exceptionem etiam heredi proficere ; sed in specie quæ proponitur, non quasi mulieris heres ex persona defunctæ se exceptione pacti tuebitur ; sed ipse erat ille, qui etiam viva muliere, si ab eo dos peteretur, potuisset ea exceptione Maryllum, quia divortium factum erat, summovere : eandemque defensionem etiam post mortem sororis suae retinebat. Itaque placuit, eum ab ea petitione absolvi, nulla ex hac sententia facta derogatione fideicommissi petitioni, quam jure hereditario per filiam heres uxoris Maryllus in parte dimidia habebat.

Si convenerit, ne dos constante matrimonio peteretur, et ut filia post mortem patris in matrimonio sine liberis defuncta, pars dotis apud maritum maneat, pars fratri mulieris restitatur.

mort, aux termes de la convention faite entre le gendre et le beau-père, mais qu'elle étoit arrivée par un divorce. Or, il doit conserver le droit d'opposer cette exception même après la mort de sa sœur. C'est par cette raison qu'on a décidé que l'héritier seroit renvoyé absous de la demande formée contre lui par Maryllus, sauf à ce dernier le droit de former contre lui la demande de la moitié de la succession de la femme, lequel droit il a en qualité d'héritier de sa femme, parce qu'il lui a été acquis par sa fille héritière instituée.

31. *Scævola lib. 3 Quæstionum.*

De fructibus
extremi anni ma-
trimonii.

Si inter virum et uxorem convenit, ut
*extremi anni matrimonii fructus nondum
percepti mulieris lucro fiant*, hujusmodi
pactum valet.

32. *Javolenus lib. 6 ex Posterioribus
Labeonis.*

Si fundus æsti-
matus centum,
atque eodem pre-
tio restituendus,
volente muliere
pluris venierit.

Uxor viro fundum æstimatum centum
in dotem dederat : deinde cum viro pac-
tum conventum fecerat, ut *divortio facto,*
eodem pretio uxori vir fundum restitueret.
Postea volente uxore, vir eum fundum
ducentis vendiderat : et divortium erat
factum. Labeo putat viro potestatem fieri
debere, utrum velit ducenta, vel fundum
reddere : néque ei pactum conventum
remitti oportere. Idcirco puto hoc Labeo-
nem respondisse, quoniam voluntate mu-
lieris fundus venit : alioquin omnimodo
fundus erat restituendus.

De dote ab in-
vito non exigen-
da.

§. 1. Si pater filiae nomine certam pe-
cuniam in dotem promiserat, et pactus
est, *ne invitus eam solveret*, nihil ab eo
exigendum puto : quia id quod pacto con-
vinto, *ne invitus exigeretur*, convenerit,
in dotis causam esse videretur.

31. *Scævola au liv. 3 des Questions.*

Si le mari et la femme conviennent ensem-
ble que les fruits de la dernière année du
mariage, et qui n'auront pas encore été per-
çus lors de la dissolution, le seront au profit
de la femme, la convention est valable.

32. *Javolénus au liv. 6 des Postérieurs de
Labeon.*

Une femme a apporté à son mari un fonds
estimé cent. Ensuite on est convenu qu'en
cas de dissolution du mariage par le divorce,
le mari rendroit ce fonds à la femme pour le
même prix. Quelque temps après, le mari,
du consentement de sa femme, a vendu ce
même fonds deux cents ; ensuite le divorce
a eu lieu. Labeon pense que le mari est le
maître de rendre ou le fonds ou la somme de
deux cents qu'il en a retirée, et qu'on ne doit
pas lui faire remise de la convention. Je pense
que la raison qui a déterminé Labeon à
donner cette décision, c'est que le fonds
avoit été vendu du consentement de la
femme : car autrement le mari n'auroit pu se
libérer qu'en rendant le fonds lui-même.

1. Un père a promis pour sa fille une cer-
taine somme en dot, avec la clause qu'il
ne pourroit point être forcé malgré lui à la
payer. Je pense qu'on ne peut rien exiger de
lui, parce que la dot ne peut point être cen-
sée composée d'une somme au sujet de la-
quelle on est convenu qu'elle ne seroit pas
exigible.

TITRE V.

TITULUS V.

DE LA DOT QUI CONSISTE DE FUNDO DOTALI.

DANS UN IMMEUBLE.

1. *Paul au liv. 36 sur l'Edit.*

1. *Paulus lib. 36 ad Edictum.*

LA loi Julia, qui défend l'aliénation des fonds donnés en dot, n'a pas lieu dans le cas où, faute par le mari de donner caution au voisin qui a des raisons de craindre la chute de la maison dotale, ce voisin aura été envoyé en possession de cette maison par un premier décret, et en aura été constitué possesseur par un second. En ce cas, le voisin acquiert la propriété; mais cette aliénation n'est pas volontaire de la part du mari: ce qui fait qu'elle n'est point de celles dont parle la loi Julia.

1. Le fonds donné en dot peut même passer à un autre qu'au mari à titre universel, par exemple à son héritier, mais toujours sous la même condition de ne pouvoir point être aliéné.

2. *Ulpien au liv. 5 des Adultères.*

Si le mari tombe dans la servitude, son maître pourra-t-il aliéner le fonds dotal? Je ne le pense pas.

1. Par la même raison, si les biens du mari sont confisqués, le fisc lui-même ne pourra point aliéner le fonds dotal, quoiqu'il soit d'ailleurs toujours regardé comme un successeur bon et solvable.

3. *Paul au liv. 36 sur l'Edit.*

La disposition de la loi Julia doit s'étendre au fonds légué à un esclave dotal, comme si le fonds lui-même étoit dotal.

1. Le fonds dotal est inaliénable toutes les fois que la femme a ou doit certainement avoir l'action dotale pour se le faire rendre.

4. *Gaius au liv. 11 sur l'Edit provincial.*

La disposition de la loi Julia, qui défend au mari d'aliéner ou d'hypothéquer le fonds dotal, doit recevoir une interprétation étendue; elle doit être appliquée au fiancé qui a reçu le fonds en dot pour le futur mariage.

5. *Ulpien au liv. 2 de tous les Tribunaux.*

Julien écrit au livre seize du digeste, que le mari ne peut point laisser perdre les servi-

Tome III,

INTERDUM lex Julia de fundo dotali cessat, si ob id quod maritus damni infecti non cavebat, missus sit vicinus in possessionem dotalis prædii, deinde jussus sit possidere. Hic enim dominus vicinus fit: quia hæc alienatio non voluntaria.

Damni infecti.

§. 1. Sed et per universitatem transit prædium, secundum quod possibile est, ad alterum, veluti ad heredem mariti, cum suo tamen jure, ut alienari non possit.

De transmissione ad heredem

2. *Ulpianus lib. 5 de Adulteriis.*

Si maritus fuerit in servitute redactus, an dominus alienare hunc fundum non possit? Quod puto esse verius.

De domino mariti.

§. 1. Quare, et si ad fiscum pervenerit, nihilominus venditio fundi impeditur, quamvis fiscus semper idoneus successor sit, et solvendo.

De fisco.

3. *Paulus lib. 36 ad Edictum.*

Fundus dotali servo legatus, ad legem Juliam pertinet, quasi dotalis.

Si fundus dotali servo legatur.

§. 1. Totiens autem non potest alienari fundus, quotiens mulieri actio de dote competit, aut omnimodò competitura est.

Quibus casibus fundus dotalis alienari nequit.

4. *Gaius lib. 11 ad Edictum provinciale.*

Lex Julia, quæ de dotali prædio prospexit, ne il marito liceat obligare, aut alienare, pleniùs interpretanda est, ut etiam de sponso idem juris sit, quod de marito.

De sponso

5. *Ulpianus lib. 2 de omnibus Tribunalibus.*

Julianus libro sextodecimo digestorum scripsit, neque servitutes fundo debitas

De servitutibus.

posse maritum amittere, neque ei alias imponere.

6. *Idem lib. 5 de Adulteriis.*

Sed nec libertas servitutis urbano prædio dotali debitæ competit : ne per hoc deterior conditio prædii fiat.

7. *Julianus lib. 16 Digestorum.*

Si maritus fundum Titii servientem dotali prædio adquisierit, servitus confunditur. Sed si eundem Titio reddiderit sine restauratione servitutis, hoc marito imputabitur, et hoc casu maritus liti æstimationem præstabit. Quòd si maritus solvendo non erit, utiles actiones adversus Titium mulieri ad restaurandam servitutum dantur.

§. 1. Sed cum uxor fundum cui prædia viri servitutum debebant, in dotem dat, fundus ad maritum pervenit amissa servitute : et idè non potest videri per maritum jus fundi deterius factum. Quid ergo est ? Officio de dote judicantis continetur, ut reintegrata servitute jubeat fundum mulieri vel heredi ejus reddi.

8. *Alfenus lib. 3 Digestorum à Paulo epitomatorum.*

Vir in fundo dotali, uxoris rogatu, olivetum succiderat : hoc ut novellum reponeret. Postea vir mortuus erat, et uxori dotem relegaverat. Ligna quæ ex oliveto excisa essent, oportere mulieri reddi respondit.

9. *Africanus lib. 8 Quæstionum.*

Si marito debitori fundi id quod debet, doti mulier promiserit, dotalem fundum effici.

§. 1. Quòd si ei promittat qui fundum aut decem debuit, in arbitrio esse mariti quod in dote sit.

§. 2. Quòd si Stichus aut fundum debuit maritus, et quod debet, doti ei promissum sit : Stichus mortuo fundum in dotem esse.

tudes dues au fonds dotal, ni le charger d'aucune servitude nouvelle.

6. *Le même au liv. 5 des Adulteres.*

Le mari ne peut point non plus accorder la libération d'une servitude due à une maison dotale, parce que la dot en souffrirait du préjudice.

7. *Julien au liv. 16 du Digeste.*

Si le mari acquiert la propriété d'un fonds appartenant à Titius, et qui devoit une servitude au fonds dotal, sa servitude est éteinte par confusion. Mais s'il rend ce fonds à Titius sans rétablir l'ancienne servitude, il en sera responsable, et sera condamné à cet égard envers la femme à l'estimation qui sera faite en justice. Si le mari n'est pas solvable, la femme aura des actions utiles contre Titius, à l'effet de lui faire rétablir l'ancienne servitude.

1. Mais si une femme apporte en dot des fonds auxquels ceux de son mari doivent quelque servitude, le mari devient propriétaire du fonds, et la servitude est éteinte ; en sorte que ce n'est pas alors le mari qui détériore le fonds. Que doit-on donc observer en ce cas ? C'est au juge qui doit prononcer sur la restitution de la dot, à ordonner que le fonds sera rendu à la femme ou à son héritier, et que la servitude sera rétablie.

8. *Alfenus au liv. 3 du Digeste abrégé par Paul.*

Un mari, à la sollicitation de sa femme, a abattu un plant d'oliviers qui étoit dans le fonds dotal, et cela afin de le remplacer par un nouveau. Ensuite il est mort, léguant à sa femme sa dot. Le jurisconsulte a répondu que les bois provenans de ce plant d'oliviers devoient être rendus à la femme.

9. *Africanus au liv. 8 des Questions.*

Si la femme apporte en dot à son mari ce qu'il lui doit, et que celui-ci lui doive un fonds, ce sera ce fonds même qui composera la dot.

1. Si le mari étoit débiteur d'un fonds ou d'une somme, il sera le maître de faire consister la dot ou dans le fonds ou dans la somme.

2. Si, dans la même supposition, le mari étoit débiteur d'un fonds ou de l'esclave Stichus, et que cet esclave soit mort, c'est nécessairement le fonds qui est dotal.

De oliveto succiso.

Si maritus, quod debet, in dotem accepit.

3. En conséquence Julien décide que si le mari étoit débiteur du fonds Sempronien ou du fonds Cornélien, il est le maître de faire entrer en dot le fonds qu'il voudra ; mais s'il en veut aliéner un, il ne pourra plus aliéner l'autre. Si cependant après en avoir aliéner un il le rachète, il sera encore le maître d'aliéner celui qu'il avoit gardé.

10. *Paul au liv. 5 des Questions.*

Ainsi la nature d'une pareille constitution dotale rendra incertaine la disposition de la loi Julia. Pourroit-on donc dire que, dans le cas où le mari auroit aliéner l'un des deux fonds, il peut encore aliéner l'autre, à cause de la faculté qu'il a de racheter le premier ? ou doit-on lui refuser cette permission, de peur qu'il n'arrive un cas où il n'y ait plus de fonds en dot ? Ce qu'il y a de certain, c'est que le second fonds sera censé valablement aliéner, si par la suite le mari rachète le premier.

11. *Africain au liv. 8 des Questions.*

Si le fonds est donné en dot avec estimation, de manière que la femme se soit réservé le choix de demander le fonds ou l'estimation, Julien pense que le mari ne peut point aliéner le fonds. Il n'en est pas de même si c'est le mari qui a le choix de rendre l'un ou l'autre.

12. *Papinien au liv. 1 des Adultères.*

Le fonds dotal conserve cette qualité même après la dissolution du mariage.

1. Le consentement du beau-père dans l'aliénation d'un fonds dotal n'a aucun effet.

13. *Ulpien au liv. 5 des Adultères.*

On doit entendre par fonds dotal, tant les maisons que les terres : car la loi Julia s'étend à toutes sortes de bâtimens.

1. Le terme de fonds doit être entendu aussi, dans la question présente, d'une portion de fonds. Ainsi, soit qu'on ait donné en dot un fonds entier, ou seulement une portion de fonds, le mari ne pourra point l'aliéner. Tel est notre usage.

2. On entend par fonds dotal, celui dont la propriété est acquise au mari, ce n'est qu'alors que l'aliénation lui est interdite.

3. La disposition de la loi Julia n'est pas restreinte en faveur de la femme, elle a lieu aussi en faveur de son héritier.

§. 3. His consequens esse ait, ut si *Cornelianum* aut *Sempronianum fundum* debenti, id quod debet, doti promissum sit, utrum eorum dotalem esse malit, hunc dotis-esse: planè utrum velit alienatum; alterum alienari non posse. Si tamen alienum rursus adimat, adhuc in ejus potestate est, an eum quem retinisset, alienari velit.

10. *Paulus lib. 5 Quæstionum.*

Erit ergo potestas legis ambulatoria: quia dotalis fuit obligatio. Numquid ergo, etiam illo nondum redempto, alterum quoque alienare possit, quia potest alterum redimere? an hoc non debet recipi, ut nullus in dote sit? Certè ex postfacto videbitur rectè alienatus, illo postea redempto.

11. *Africanus lib. 8 Quæstionum.*

Quòd si fundus in dotem æstimatus datus sit, ut electio esset mulieris: negavit alienari fundum posse. Quòd si arbitrio mariti sit, contra esse.

De fundo æstimato dato, ut electio sit mulieris.

12. *Papinianus lib. 1 de Adultèriis.*

Etiam si dirempto matrimonio, dotale prædium esse intelligitur.

De matrimonio soluto.

§. 1. Soceri voluntas in distrahendo dotali prædio nulla est.

De voluntate soceri.

13. *Ulpianus lib. 5 de Adultèriis.*

Dotale prædium accipere debemus, tam urbanum quàm rusticum: ad omne enim ædificium lex Julia pertinebit.

De prædio rustico, vel urbano.

§. 1. Prædii appellatione etiam pars continetur. Proinde sive totum prædium in dotem sit datum, sive pars prædii, alienari non poterit. Et hoc jure utimur.

De fundo, vel loco.

§. 2. Dotale prædium sic accipimus, cum dominium marito quæsitum est: ut tunc demùm alienatio prohibeatur.

Dotale prædium quomodo accipitur.

§. 3. Heredi quoque mulieris idem auxilium præstabitur, quod mulieri præstatur.

De herede mulieris.

Si ab uxore herede fundus legatur.

§. 4. Si, uxore herede instituta, fundus dotalis fuerit legatus, si quidem deductis legatis mulier quantitatem dotis in hereditatem habitura est, valet legatum. Si minus, an non valeat quaeritur? Scævola, et si non totus, sed vel aliqua pars ex eo vindicari possit, si modò aliqua pars ad dotem supplendam desit, id duntaxat ex eo remanere apud mulierem ait, quod quantitati dotis deest.

De fundo, qui marito volente traditus est extraneo.

14. *Paulus lib. 3 de Adulteriis.*
Si nuptura Titio, voluntate ejus fundum dotis nomine Mævio tradidit, dos ejus conditionis erit, cujus esset, si ipsi Titio fundum tradidisset.

De fundo mulieris nomine in dotem dato.

§. 1. Si mulieris nomine quis fundum in dotem dederit, dotalis fundus erit: propter uxorem enim videtur is fundus ad maritum pervenisse.

Si fundus alienus marito, à quo debetur, in dotem detur.

§. 2. Si fundum alienum mulieri debeat maritus, eumque mulier ei dotis nomine promiserit, in pendenti erit: et tunc fiet dotalis, cum ad eum pervenerit.

Si dotis causa legatum vel hereditas repudietur, vel omittatur.

§. 3. Si fundum legatum sibi dotis causa mulier repudiaverit, vel etiam substituto viro omiserit hereditatem vel legatum, erit fundus dotalis.

De litteris mariti, quibus dotis non fore praedium declaravit.

15. *Papinianus lib. 1 Responsorum.*
Dotale praedium, cujus vir possessionem retinuit, post litteras ad uxorem emissas, quibus dotis non fore praedium declaravit, in matrimonio defuncta muliere virum retinere placuit: quia mulier actionem ex pacto non habuit.

4. Un mari institue sa femme pour son héritière et lègue le fonds qu'il a reçu d'elle en dot. Le legs est valable, si la femme a dans la succession une somme égale à sa dot, déduction faite des legs dont elle est chargée. On a demandé s'il seroit également valable dans l'autre cas? Scévola pense que si la femme ne trouve pas tout son fonds dotal dans la somme qu'elle a à titre d'héritière, et qu'elle en revendique une portion parce qu'il lui en manque une pour former le supplément de sa dot, elle ne pourra garder sur le fonds dotal que ce qui lui manque sur la somme pour la remplir de sa dot.

14. *Paul au liv. 3 des Adulteres.*

Si une femme, prête à épouser Titius, a, de son consentement, donné à Mævius le fonds qu'elle apportoit en dot, la nature de cette dot sera la même que si le fonds eût été donné à Titius lui-même.

1. Si un tiers donne un fonds en dot pour une femme, le fonds sera dotal; parce que ce n'est qu'à cause de sa femme que le mari s'en trouve propriétaire.

2. Si le mari est débiteur envers sa femme d'un fonds appartenant à autrui, et que la femme le lui ait constitué en dot, le fonds sera dotal lorsqu'il parviendra au mari. En attendant, on ne pourra pas décider si ce fonds sera ou non dotal.

3. Si une femme renonce au legs qui lui étoit fait d'un fonds, dans l'intention qu'il passe à son mari à titre de dot, ou si elle néglige par la même raison d'accepter une succession, parce que son mari étoit substitué, ou de demander un legs, son mari étant héritier, le fonds sera dotal.

15. *Papinien au liv. 1 des Réponses.*

Il y a eu convention entre le mari et la femme que, dans le cas où celle-ci viendrait à décéder le mariage subsistant, le mari gagneroit la dot. La femme avoit donné en dot un fonds. Le mari lui écrit que ce fonds ne sera point dotal. Par là le mari est censé renoncer à la dot et à la convention faite avec sa femme. Néanmoins, après cette lettre, la femme laisse le mari en possession du fonds. La femme venant à mourir, on a décidé que le mari pourroit garder le fonds; parce que sa lettre ne forme qu'un simple pacte qui ne donne aucune action à la femme.

16. *Tryphoninus au liv. 11 des Disputes.*

Une femme a apporté en dot à son mari un fonds qui lui appartenait, mais qui étoit possédé de bonne foi par un tiers qui pouvoit en acquérir la propriété par la prescription. Si le mari néglige d'en former la demande contre ce tiers, il court les risques de la perte du fonds, à moins qu'il n'ait été dans l'impuissance de le revendiquer. Car, quoique la loi Julia, qui défend d'aliéner un fonds dotal, s'étende aussi à l'espèce d'aliénation qui arrive par la prescription, elle n'a cependant pas l'effet d'interrompre la longue possession qui avoit déjà commencé avant que le fonds fût constitué en dot. Mais s'il ne restoit plus que fort peu de jours pour consommer la prescription, on n'aura rien à imputer au mari.

17. *Marcien au liv. 7 du Digeste.*

Un mari a vendu un fonds dotal, et il en a fait la délivrance. Si la femme est décédée pendant que le mariage subsistait, et que la dot ait dû tourner en ce cas au profit du mari, on ne pourra point ôter le fonds à l'acheteur.

18. *Javolénus au liv. 6 des Postérieurs de Labéon.*

Un mari a tiré des marbres qui étoient dans des carrières du fonds dotal, qu'il a fouillé. Le divorce ayant eu lieu, on a demandé à qui devoit appartenir le marbre qui avoit été détaché des carrières, mais qui n'avoit pas encore été emporté, et si les dépenses faites à cette occasion devoient regarder la femme ou le mari? Labéon décide que le marbre appartient au mari. Mais il ne veut pas que la femme lui doive rien à cet égard; parce que cette dépense n'étoit pas nécessaire, et qu'elle a même détérioré le fonds. Pour moi, je pense que la femme doit rendre au mari, non-seulement les dépenses nécessaires, mais encore celles utiles; et je ne pense pas que le fonds ait été détérioré si les carrières sont telles que la pierre puisse y croître.

1. Si les parties sont convenues que la femme reprendroit son fonds en en payant l'estimation, mais que, pour le reprendre, elle soit en demeure de payer l'estimation, Labéon pense que les fruits que le mari

16. *Tryphoninus lib. 11 Disputationum.*

Si fundum quem Titius possidebat bona fide, et longi temporis possessione poterat sibi quærere, mulier ut suum marito dedit in dotem, eumque petere neglexerit vir, cum id facere posset, rem periculi sui fecit. Nam licet lex Julia quæ vetat fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad hujusmodi acquisitionem, non tamen interpellat eam possessionem quæ per longum tempus fit, si antequam constitueretur dotalis fundus, jam cœperat. Planè, si paucissimi dies ad perficiendam longi temporis possessionem superfuerunt, nihil erit quod imputabitur marito.

De longi temporis possessione

17. *Marcianus lib. 7 Digestorum.*

Fundum dotalem maritus vendidit, et tradidit. Si in matrimonio mulier decesserit, et dos lucro mariti cessit, fundus emptori avelli non potest.

De dote apud virum mansura.

18. *Javolenus lib. 6 ex Posterioribus Labeonis.*

Vir in fundo dotali lapidicinas marmoreas aperuerat. Divortio facto quæritur, marmor quod cæsum, neque exportatum esset, cujus esset, et impensam in lapidicinas factam mulier, an vir præstare deberet? Labeo marmor viri esse ait: cæterum viro negat quidquam præstandum esse à muliere: quia nec necessaria ea impensa esset, et fundus deterior esset factus. Ego non tantum necessarias, sed etiam utiles impensas præstandas à muliere existimo: nec puto fundum deterio-rem esse, si tales sunt lapidicinæ, in quibus lapis crescere possit.

De lapidicinis,

§. 1. Si per mulierem mora fieret, quominus æstimationem partis fundi viro solveret, et fundum reciperet, cum hoc pactum erat: fructus interim perceptos ad virum pertinere ait Labeo. Puto potius

De fructibus à viro perceptis, cum mulier moram faceret, quominus æstimationem partis

fundi solveret,
et fundum reci-
peret.

pro portione fructus virum habiturum,
reliquos mulieri restitutorum. Quo jure
utimur.

perçoit du fonds en attendant lui appar-
tiennent. Je suis plutôt d'avis que le mari
retiendra ces fruits à proportion du temps
que le mariage aura subsisté, et qu'il ren-
dra le reste à la femme. Ce sentiment est
conforme à l'usage.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER VICESIMUSQUARTUS.

DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE VINGT-QUATRIÈME.

TITULUS PRIMUS. DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM.

1. *Ulpianus lib. 52 ad Sabinum.*

Origo, et ratio
prohibita dona-
tionis.

MORIBUS apud nos receptum est, ne
inter virum et uxorem donationes vale-
rent. Hoc autem receptum est, ne mutua-
to amore invicem spoliarentur, donatio-
nibus non temperantes, sed profusa erga
se facilitate.

2. *Paulus lib. 7 ad Sabinum.*

Nec esset eis studium liberos potius
educendi. Sextus Cæcilius et illam cau-
sam adjiciebat: quia sæpe futurum esset,
ut discuterentur matrimonia, si non do-
naret is qui posset: atque ea ratione
eventurum, ut venalia essent matrimo-
nia.

3. *Ulpianus lib. 52 ad Sabinum.*

Hæc ratio et oratione imperatoris nos-
tri Antonini Augusti electa est. Nam ita
ait: *Majores nostri inter virum et uxorem
donationes prohibuerunt, amorem hones-*

TITRE PREMIER. DES DONATIONS

ENTRE MARI ET FEMME.

1. *Ulpien au liv. 52 sur Sabin.*

L'USAGE reçu parmi nous nous fait re-
garder comme nulles les donations entre
mari et femme. On a voulu par cette cou-
tume empêcher que des deux conjoints l'un
se dépouillât pour l'amour de l'autre, et que
les époux, ne connoissant aucune borne
dans leurs libéralités l'un envers l'autre, ne
s'abandonnassent à des profusions qui trou-
veroient leur cause dans une trop grande
facilité.

2. *Paul au liv. 7 sur Sabin.*

On a craint aussi que les époux ne né-
gligeassent par cette raison l'éducation de
leurs enfans. Sextus-Cæcilius ajoutoit en-
core une autre raison: c'est, disoit-il, que
les mariages se romproient facilement par
le refus que feroit l'époux qui seroit en état
de donner: d'où il arriveroit que les mariages
deviendroient pour ainsi dire un objet de
commerce.

3. *Ulpien au liv. 52 sur Sabin.*

Cette dernière raison paroît avoir été ti-
rée de l'ordonnance de notre empereur An-
tonin. Car voici ce qu'elle porte: Nos an-
cêtres ont défendu les donations entre mari